

Universitätsbibliothek Wien

II

138.076

INCUNABEL

E. S.

V
138076

DOMITII CALDERINI VERONENSIS SECRE
TARII APOSTOLICI IN COMMENTARIOS IV
VENALIS AD CLARISSIMVM VIRVM IVLIA-
NVM MEDICEN PETRI COSMI FILIVM FLO-
RENTINVM.

Incunab.

DOMITIVS Iulião medici. Salt. Etsi multa de prudētia:
humāitate: uirtute tua: olī mihi s̄aþe afferebātur Iuliāe:
tamē quom supētore āno iſthic essem: ea omnia ita in te
p̄spexi: & admiratus sum: ut ad eam fidem: & obſeruantia
immortalem: quam in Laurentium fratrem contuli: & lo-
caui: tu quoq; magna ex parte impuleris. Nā quom me: &
mea omnia Laurētio: domuiq; ueſtræ traderem: iter cæte-
ra ornamēta: quæ egregia: & amplissima habetis: & parta
a maioribus ueſtris: & a uobis non modo conſeruata sed
aucta: illud in primis laude ſingulari dignum arbitratus
sum: q̄ duo fratres: cum domētica gloria: tum ciu-
tatis honotibus florentiſſimi: tanta concordia uiuitis: tā
mutua pietate: tanta uirtutum omnium ſimilitudine: ut
quoni tu maiori natu Laurentio: diuini ingenii: ſummæq;
ſapientiæ uiro cedas: iſta insigni pietatis laude ad p̄ræci-
puam gloriam contendas: efficiasq; ut nemo Laurētium
colat: qui te non plurimum obſeruet: Quod mihi p̄fecto
accidit: nam quom ei laborem omnem: induſtriam: deniq;
me ipsum dicatum eſſe debere ſtatuerim: hoc ſtudiū meu
& consilium ei probare non posſe uideor: niſi fidei in te
argumētu aliquod extiterit. id ut fiat: hoc āno elabourai
diligenter. Nam Iuuenal is ſatyras noua commentatione
tuo nomine explicare conatus sum: in quibus iſterpretādis
nō ignoras q̄ multi bonaꝝ artiū ſtudioſi operā poſuerit:
& tamen aliqdo ingenue ſint profelli ſe multa nō asſecu-
tos eſſe: uel carminis obſcuritate: uel tépoꝝ ignoratione:
Equidem: quod ſine arrogantia dictum uelim: multa in



iis græcor̄ latior̄q; auctoritate confirmata me explicat-
se contenderim: quæ uel alii grauioribus studiis occupati
neglexerūt: uel multi nostraꝝ litteraꝝ studiosi scire ma-
gnopere expectabāt. Atq; id sane non in iis tantum: quæ
quottidianis disputationib; quæri solebant: sed ubi etiā
pleraꝝ p̄ aptis: & expositis: in hominum opinione recepta
fuerant: quom uel historiæ inuolucro adhuc lateret: uel
figurata elocutiōe remotiora essēt. Ut illud Dimidio ma-
gicæ resonat ubi memnone chordæ: Qui lacedæmonium
pytisinate lubricat orbem: Quantum laufelia b̄ibebat p̄
populo faciēs: Et tota sōat uī mea cœna suburra: Quæ cu-
stos gallicus urbis. Vsq; alucifero. aliaq; pmulta: In qbus
quid effecerim: qua ratione ab alioꝝ interpretatione di-
scesserim: eos sit iudicium qui commentarios nostros in
manus aliquando sument. De his uero locis: quæ iandiu
i disceptatiōe uersantur: Ut Cecropiā baptæ soliti lassa-
re.cocyton: Câbre repetita: Translatus subito ad marsos:
ita me disputasse arbitror: ut labor noster & ea ignoran-
tibus utilis futurus sit: & iis qui eadem habet cognita ad-
modū probari possit. Quāuis qdā: quē toto ope Fidētinū
iure appellauimus autore & magistro Brotheo grāmatico
nostra cum suis i eptiis cōiungere tētauerit: In quo mecū
ob id certe unum præclare actum est: q; uterq; eum se
præstitit: ut alterū odiſſe: alterum etiā stultū esse. nemo
qui uel hæc uel illa legat ignoret. Hic est ille Brotheus Iu-
lianæ: qui lucubratiōe nostra in Martialem: quā Laurètio
fratri dicaui tantopere offēsus est: ut cōtumeliis: calūniis:
cauillationibus non aliter me infectetur: q; si in eo omnis
uitæ & dignitatis ratiōes positas haberet. Huius aliquot
epistolis hac tenus respōdi. Quod in fine huius opis leges.
Rurisq; accusauit hominis ignorantiam in recognitione
Plinii: quē ducētis: & lxxv. locis ab eo deprauatū fuisse al-
tera lucubratiōe facile coniicius. Quæ uero de cōmētariis

Martialis nobis obiecit: ita diluimus: ut isdem locis gra-
vioribus eum criminibus reū agamus: quod & hac de qua
dixi epistola meditamur: & altera actione absoluimus:
Vnum illud a bonis doctisq; uiris uehementer petimus:
ut ne mihi: neue Brotheo fidē habeant: nisi & Martia-
lis carmen prius legerint: & quid scripsierimus ex cōmēta-
riis nostris cognouerint. Solet enim Brotheus calumniis
agere: alia iuertere: alia falso recitare. Nam quum ei pel-
lis leonis hactenus non profuerit: nunc demum uulpinam
insuere meditatur: nā oīa tentat: ne homo quinquagena-
tius ab eo: qui nondum uigesimum nonum compleuit an-
num discere uideatur. Sed de Brotheo & Fidentino hacte-
nus: Tu quum omnia legetis: melius de iis statues. Itaq;
hos cōmentarios tibi tradimus & dicamus in Laurētium
obseruantiae: in te: domumq; uestram egregiæ uoluntatis
& fidei meæ testes sempiternos. Eo autem celerius emit-
tuntur: q; Marcus Aurelius senatus Veneti scriba uir
doctissimus eloquentissimusq; mecum iāpridem per lit-
teras ægit: ut tandem aliquando hos ederem: quos uehe-
menter legere cuperet. Est enim his studiis eruditissimus:
& quum fides: morum gratitas: aliaq; ornamenta quoti
die in eo spectent doctrina maxime eminet. Marſilium
Ficimum nostrum aliquando ad hos legendos adhibebis:
si a philosophis suis discedere potest: in quibus locū opti-
net honestissimum. Vale.

IVVENALIS VITA EX ANTI
QVORVM MONVMENTIS.

IVNIUS Iuuenalis Libertini locupletis icertum alumnus: an filius. Ad medium fere ætatem declamauit: animi magis cā: q̄q̄ scholæ aut foro præpararet. Deinde paucorum uersuum Satyra non absurde composita in Paridē pantomīnum: poetāq; eius semestribus militiolis tumen tem: genus scripturæ industriose excoluit. Et tamen bene diu: ne modico quidem auditorio quicq̄ cōmittere ausus est. Mox magna freqnentia: tantoq; successu bis, aut ter auditus est: ut ea quæ prima fecerat: inferciret nouis scriptris: Quod non dant proceres dabit histrio, tu came rios: Et bareas: tu nobilium magna atria curas. Praefectos pelopea facit: philomela tribunos. Erat tamē in delitiis aulæ histrio. Multiq; fautorum eius quottidie prouehabantur. Venit ergo Iuuenalis in suspitionem quasi tempora figurata notasset: ac statim per honorē militiæ q̄q̄ octogenarius urbe sumotus est. Missusq; ad præfecturam cohortis tendentis in extremam ægypti partem. Id supplicii genus placuit: ut leui atq; ioculari delicto par esset. Verum intra breuissimum tēpus angore: & tedium periit. Temporibus Domitianī floruit: ad Neruāq; tēpora peruenit: quod quoniam eius carmen plane indicat: multaq; præterea testimonia: a nobis non est longa disputatione confirmandum.

In fine operis defensio aduersus Brotheū grāmaticū calūniatorem cōmētariorum Martialis cum recriminatione.

Opus totum in.xvi. Satyras diuiditur. Neq; iis assentior qui in libros distribuunt. Sed iam de Satyra dicamus.

A Tyrarum genera duo agnoscūs: alter⁹ atiq⁹ tā a gr̄cīs q̄ latinis usurpatum: recētius alter⁹: quod ab atiqore defluxit: quod latini tātū excoſuerūt: prius illud sola uarietate carminū conſtat: personisq; introductis: comœdīa pene par: Sed maiore lasciuia licētia: ſilibuq; & iocis absoluit: nam introducti Satyri dī ſiluestres paces iocularia & lasciuia iter ſe iactat: hi ſūt Satyrus cauſ: Satyrus impubis: Satyrus adoleſcens: Silenus pater atq; id genus personæ fictæ: quod Pollux apud gr̄cos docet. In hoc poematis gēere Aeschylus & gr̄ci pr̄terea multi uerſati ſūt: apud nos Pacuvius: Ennius: Varro: qui eo ſtilo satyras menippeas conſcripsit. Satyris igitur introductis satyra nomen accepit: quam appellationem hēc recentior quā a priore manauit: & a latinis tantum uſurpata eſt ſeruauit: ac ex licentia illa ueteri Satyrorum: in apertā hominū repreheſionem: & obiurgationem exiuit: mutato carminis colore & numeris: nam in exametros aſſurgit: cum prior intra iambicos & eius generis uerſus contineretur. Hinc Lucilius: qui (ſi eius ſtudiosis credimus) nō modo cum eiusdē operis auctořibus: ſed cū omnibus poeſis certat: quis non ſine uſpicioне amulatioňi lutulentus fluere ab Horatio dicatur. Mira eſt in eo libertas & acerbitas: qua Mutium Sceuolam ſui temporis ciuem romanum ita inſectatus eſt: ut eum ſecuiffe dicatur a Persio una cum Lupo: Horatius terſor: Persius indignatione ita euelliſt: ui x ut ſenſum abſoluat uerborum: quā ira confundit: Iuuenalis Lucilli acerbitate puritate horatiana: quā maxime adamauit: & imitatus eſt: calore Persii addito ita temperauit: ut quā ſingula i illis laudabātur: uniuersa porbentur i hoc uno. Scio Festum Diomedem: & qui ab eo satyræ expoſitiōem ſingulis ferme uerbis mutuatus eſt Porphyriōem hītius appellatiōis cauſas alias attuliffe: ſed a Satyris olim introductis Satyram dici ueroſimilius eſt. Id eſt poema ſtilo heroicum: libertate ſimplex: figuris i-terculis: tum periphrasis: quā uelāndꝫ repreheſionī adhibetur frequenter occurrit: hiſtoria ſuorum temporum cognitione plurima: nam quā antiquiora ſunt non inſeruntur: niſi in pŕeſentium inuidiam personis: niſi aut uuant: aut illuſtres ſint: non parcit. Hoc genere lexfecim ſatyræ a Iuuenale conſcriptæ ſūt: Quarum prima dum poeta ex diuturno erumpens ſilentio ſuam accuſat patientiam: qua recitantes poetas audiuerat: Cumi & ipſe quoq; poſſit ſcribere: & nihil magis ſcribendū ſit q̄ satyræ: Cauſaſq; demonſtrat ardore quodam & rebus congeſtis potius q̄ diſpoſitiſ in obſcuritatē pene confunditur. Non libet conſutare illorum opinioneſ: qui poetam ſe indoctum fateri putant: nam riſu potius hoc eſt explodendum: q̄ refellendū rationib⁹: quibus res apertissima non indiget. Hic inq̄ pŕimum ſe audiendiſ poeſis iam ſeffum eſſe oſtendit: & cum tantum tēporis audiendiſ alienis carminib⁹ conſumpſerit: Se quoq; repōere oportere ait: hoc eſt ſcribēdo revarare & refarcire. Nam hæ duæ uoces Reponere ſcilicet & Impūe: cum in uarias ſignificationes accipientur: a Iuuenale uſurpare ſunt non ſecus q̄ ab Horatio. Reponere reficere & refarcire ē quod fuit detractū. Iuuenalis: Meliora ac plura repōit Persicus orbor⁹ lauiffimus. Virg. Hēc rapta pro uirginitate repōit. Papinius: Qui damaſ dolēs aliea repono Infelix lachrymas. f. meas: quas repara & reouo. Martialis qui amissū ſomnū i urbe i pūl-cia reparabat: Ingēti fruor i pboq; ſono: Et totū mihi nūc repono: Quicq; terdeos uigila-uerā per ānos: Surgētē focus excipit. Quāuis qdā Martialis ſenſus nulla hīta rōne repono p ſcribo tradid'it: Cū dormiēs nihil mius agat: q̄ ſcribat: Inde repōere poeſe dicū ē cū au-ditas fabulas ſcribūt: nā ita tēpus audiēdo cōſūptū reponūt. i. reparat & refaciūt. Horati-us: Scriptor honoratū ſi forte repōis achillē. Scriptū. i. iā ab Hōero. alibi: Fabula quā poſci uult & ſpeclata repōi. Porphyrio uero eū locū aliter iinterpretatus nouum more cōfixit: Impūe ſie poena dicit: quā at ſi poena fiūt: paſſi agūt: qua rōne Horatius Impūe p paſſi uſurpauit i arte poētica: Ne ſpiffa riſu tollat i pune coroā. i. paſſi. alibi: Sed mēte recepta Opturē patulas i pūe legētibus aures. Nā iinterpretādo uerſus legit: & cū Horat. oſtēdat ſibi magnā ēē moleſtiā a poeſis: cū ſcribo iqt hēo eos & rōne & tēco ne oſtēda gēus iritabile na-tū. Cū mēs recepta ē. i. cū uolo relaxar eaium: poſſu ne fugere quo mius audiā recitātes: cū & aures meā patulæ ſit: & illi i pūe. i. apſſi legat. i. ubiq; occurrētes & uolētes audiri. i. de ali-bi: Scribiūs i docti docti poenata paſſi. Leget ita mea qdē ſēfētia ſatyræ ūtiū hoc pacto:

Ero ne séper auditor. si alieñor carium: de q̄ molestia & téporis iacta cōquerit Marti: tū libi: eo loco: Audiētoto s̄ape poeta dīe. Hora. Hic spōlū uocat hic auditū scripta: relictis oībus officiis. Nūq̄ ne reponā: nō ne aliquādo scribēdo refaciā hoc tépus quod aliis audiēdis cōsūpsi: Ita. n. poetā repōere dicūt apd Horat: ut átea ē dictū. Ergo ille: hoc ē aliis recitauerit mihi togatas cōcedias quas scripsit. Impūe: palli cū uoluit. repete & ego nō reponā. Nā ut áte ē dictū: l pūe legere & ipūe recitare dicebāt poetā cū passi id agerent. Hic elegos: repete recitauerit: & ego non reponam. Dēiq; repe te & ego nō reponā usq; ad Nota magis: ut per indignationē legas. Scriptus in tergo: ex usu antiquorum hoc ait: qui in pugillaribus membranis scribebant: ita ut scripta possēt deleri tanq̄ ex tabulis. Pugillares membrani apud Martialem hoc distichon habent: Esse puta ceras licet hæc membrana uocetur: Delebis quotiens scripta nouare uoles: Qui in teriore pagina non contenti in tergo scribebant: damiabant tanq̄ loquaces & nimii. Martialis: Scribit in aduersa picens epigrāmata charta: Et dolet aduerso quod facit illa deo. Nota magis: dū hæc uerba pas̄ recte accipiunt ē a nō nullis: totius pene satyrā s̄esus deprauatus ē. Nam ita accipiunt quasi Iuuenalis dicat se operā dedisse his fabulis cognoscēdis. Inde illa delirāmēta astriuunt ē: quod. s. fateat̄ xtatem consūpsisse ī fabulis & iāni disciplina. Ego uero hæc uerba accipio referenda ad multitudinē recitatiū quos audiuerat de his fabulis: quā subsequunt̄: ut dicat: Nulli magis domus nota est sua q̄ lucus martis mihi: & perinde sit: ac si diceret: Nulli sapius aut a pluribus poetis hæ fabulae recitatæ fuerunt q̄ mihi. Rauci codri: eiusdē noīs est poeta apud Martiale. Illic tamē semper legi Cordū in antiquis codicibus: hic pauper fuit: quod idicat alibi Iuuenalis: & Martialis: Plus credit nemo q̄ tota cor dus in urbe: Cū sit tam pauper quomodo: cæcus amat. Eundē appellat alpha penulatorū. Quod cōposuerit historiā de Theseo: nūsq̄ extat testimoniū: nisi deprauato uersu Martialis: ubi ait Marsū scriptisse amazonidē: nā nonnulli illic supponūt Cordū: quod amazonidē scripterit. i. tumultū amazonū cū Theseo. Theseus mōumētis Plutarchi & Diodori satis notus ē: unū illud addā ex Pausania scriptore grāco præstātissimo Corynetum: qui pprio nōte Periphirus: uel ut ille scribit Periphanes dicebat a Theseo interfectū Vulcāni filium fuisse: quod fortasse ambigebat: ubi Ouidius eū vulcaniā plem appellauit. Homerus theseida quoq; scriptit: ut Plutarchus tradit. Rauci: rettulit ad affiduā recitatiōē. Togatas comedias: in quibus insignē laudem assecutus est Aphranius maiore laude futurus: nisi in his amores ī pueros esset falli. Prætexta itē comedīa attellanica & tabernaria dicebāt: & Rhytonica a Rhytone auctore quo pro loquaci utitur Columella & Varro his uerbis: Quis contra nunc Rhyton nō dicit sua nihil interesse utrū his pīscibus stagnū habeat plenū: an ranis. Fidentinus plagiarius præceptoris sui fraudē & prauitatē secutus: cū hoc a scriptis meis acceptū ad suas nūgas trans ferret: quas multa pecunia curauit iprimendas ut huīus interpretationis laudē nobis præriperer: Furtū plane prodidit per ignorantiam: nā Varronis uerba cū publice pīfiterer Iuuenalē non dictaui auditoribus: nec Fidētinus cū nūsq̄ mea legi set in suis nūgis recitauit: modeste quidem ut fortasse uideri uoluit: ego uero imperite factū sentio: & per ignorantia. Quā de repono & ipūne dīximus: multos & fortasse mouebūt: q̄ ueteri quadā opiniōe ibuti sūt: Sed unū illud petiūs: ut ne tā multorū cōsētū: q̄ līgūz igēnitatē accipiāt: & átiquoḡ usū. qs obsecro uos pībare possit: quod Tor tellius: quod eū lecuti tradidetū. Impūe. i. sic effectū ē expōendū: qd cōmūe habent hæc

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Prima.

EMPER EGO AUDITOR TAN

tum: nunquam ne reponam

Vexatus totiēs rauci theseide codri:

Impūne ego mihi recitauerit ille togatas:

H ic elegos: impūne diem consumplerit ingens

T elephus: aut summi plena iam margi libri:

S criptus & in tergo nec dum finitus orestes:

Verba Apuleiū afferūt nō tā aliquid usus imitatore: q̄ suor̄ uerbor̄ opificē: apd̄ quē si de
eo eēt dīceptatio: Impūe aliter itelligi facile dīmōstrari posset: Sed Apuleiū dīttius. nō. n.
qd̄ ipse: fed qd̄ Horat. & Iuue. dicāt audīus. Telephus: poetas tragicos oēs sui téporis no-
tar: q̄lis fuit Bassus: i quē Mart. Colchida qd̄ scribis: qd̄ scribis amice Thylete: Quid tibi cū
nō obē balle uel adromede: Telephū uero tragœdiā átea scrips̄erat Aetius: unde illi sūt uer-
sus: Nam si a me regnum
atq̄ opes fortūa eripere
quit: & uirtutē nō quit:
Telephi historia ab Eu-
stachio & Di odoro satis
perscripta est. Lucas
martis: hoc ē historia de
origie urbis: nā in luco
Martis ad albam: ut Tro-
gus & Dionysius Hali-
carnasseus scribūt Rhea
Ilia peperit Romulū &
Remū urbis conditores.
Lucus item Martis athe-
nis aetopagus dictus.
Lucus præterea Martis i
pōto: ubi erat uellus au-
reū: quod scribit Diodo-
rus. Sed Fidentinus cum
hoc ex scriptis nostris
accipiāt negat lucum
Martis dici i pōto igno-
rans nullū esse templum
sine luco: & uersū Mart.
Custodem scythici fuisse
luci .i. luci pōtici ad adē
Martis. Subduximus

N otā magis nulli domus est sua: q̄ mihi lucus
M artis: & æoliis uicinum rupib⁹ antrum
V ulcāi: quid agant uenti: quas torqueat ūbras
A eacus: unde aliis furtiuæ deuehat aurum
P elliculæ: quantas iaculetur monychus ornos.
F rontonis platani cōuulsaq; marmora clamant
S emper: & assiduo ruptæ lectore columnæ.
E xpectes eadem a summo minimoq; poeta.
E t nos ergo manum ferulæ subduximus: & nos
C onsilium dedimus syllæ: priuatus ut altum
D ormiret: stulta est clementia: cum tot ubiq;
V atibus occurras perituræ parcere chartæ.
C ur tamen hoc potius libeat decurrere cāpo:
P er quem magnus equos auruncæ flexit alūnus:
S i uacat: & placidi rationem admittitis edam.

manū ferulæ .i. sub pædagogo triuiali grāmaticen didicūs: ubi metu uerber⁹ subduceba-
mus & subtrahebāus manū: nā pædagogi triuiales ferula uerberabāt pueros. Columella:
Ferulæq; minaces. Martialis: Tristisq; ferulæ scepta pædagogor⁹. Ingenui tamen uapula-
bant pellibus angullar⁹: auctor Plinius: Hoc ait: cum quottidie ab oībus fabula recitebēt:
doctiq; & indecī scribant poemata: nos quoq; idonei possumus uideri ad scribendū: sa-
tisq; didicisse & grāmaticen & rhetoriken. Et nos dedimus confisiū syllæ. i. rhetoriken
didicimus: ex cuius pæceptis & exercitatione ficto themate declamauimus i grauissimis
quoq; & difficillimis causis: qualis fuit declamatio cū suasiſſimus Syllæ: ut deponeret di-
ctaturā: In genere deliberatiuo uersatēs. hūc declamādi morē testat Quītiliāus. Ipse alibi:
Ut pueris placeas & declamatio fias. Persius: Ten cīrator⁹ centū dictata fuisse Pro nihilo
pendas. Fidentinus uero cū pæceptore suo quā portenta: quā deliramēta: quā sōnia hic
narrant. Aruspices mihi consulere uident: nō Iuuenalē interpretari. Quid. n. aiūt malum
poetam suasiſſe Syllæ: ut deponeret dictaturā: Scribit ne hoc Cicero: quo utūtur auctore:
An Capitolinus: an Manlius: Quid præterea illud ad Satyræ ordinē & sensū: Nō ne tra-
dit Appiāus Syllā spōte nullo cogente dictaturā deposuisse: Hac erat declamatio & fictū
thēnia ituli homines. At Cæsar dicebat Syllā deposuisse dicturatam: quia nesciſſer lit-
teras. Quid hoc ad sensum Iuuenalis: an propterea eum perueritatis: Vox ea erat Cæsaris
qui imperii cupidus Syllam obiurgabat: q̄ in animum inducere potuisset: ut dictatu-
ram deponeret. Addidit tamen ex scriptis nostris Fidentinus: Aiunt poetam declamasse
ad medium aratē: quod male probant. Credo eum uoluisse scribere quod inuitus pbo.
Priuatus ut altum dormiret: hāc erat ratio suasionis in declamatione. Priua-
tus: deposito imperio. Dormiret altum: alludit ad historiam: nam ut Plinius scri-
bit: Pediculareū morbum: in quem incidit Sylla somno dissimulabat: ne adiretus:

Vxorem ducat spado: Reuocata lege Iulia & Domitiano i adulteros mœchæ mœchis nubebant: ne suppicio afficerentur. Martialis: Quod nubis proculina concubino: Ne lex uilia te notare possit: Non nubis proculina: sed fateris. Alibi sape idem. Inter adulteros autem erant spadones & eunuchi. Martialis: Cur tantum eunuchos habeat tua gellia quæris Panniche: uult futui gellia non parere. alibi: At prius o mores & spado nœchus erat. alibi: Cū sene comeno uexat spado dindimus eglen. his ergo nubebat mulieres: quæ illos habant adulteros. Martialis: Nubit listoria Lygdo: Turpior uxor erit: q̄ mō mœcha fuit. Reprehensio igitur est in libidinem mulierē: & irrisio legis Iuliæ: cui per fraudem diuerticulū iuentū est: nam cum sit reuocata ad pudoris fāctitatē tuendā: mulieres impudenter spadonibus: quibüs oblectatæ fuerant nubebant: cū & ipsi spadones teneri mollesq; essent. Neuia: nomen meretricum est apud Martialem: & pro qua cūq; impudēti muliere ponitur: quæ in uenationem pugnamq; descendit theatram tēporibus Domitiani. Ille n. non uirorum modo: sed mulierum pugnas edidit & uenationes in theatro: in quibüs illustres quoq; mulieres operam scānicam præstiterunt. Martialis de feris occisis & mulieribus illic: Hæc iam fœminea uidimus acta manu. Nuda māma: habitum impudicē & icumbentis in uulnus feræ ostendit. Patritios omnes: non in Antiochū imperitū tōforenu: cuius meminīt Martialis. Is. n. diues non fuit: nō in Licinum: nō in tonsorē Nerōis: Sed in Cinnamum: qui muneribus mulieris ad equestrem cēsum peruenērat. de hoc alibi: Quot uillas possideat nunc: Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat: ut cū nunc dicat non posse intelligere nisi tonsorem huius temporis: Is demum damnatus in siciliā exulauit. Inde illud Martialis: Qui tonsor fueras tota notissimus urbe: Et post hoc domiæ munere factus eques: Sicanias urbes ætneaq; regna petisti. Fidentius hūc locū accipiēs ex nostris scriptis: ne subripuisse uideretur: exponendo amplificat: & ait factus diues munere dominæ. i. Romæ: ubi lucratus est arte tonsoria. O lepidum caput: uide in quas tenbras te coniecerit præceptor tuus: cur audes discedere a meis uestigis nullā excusationē afferre potes erroris tui: nisi q; nondum interpretationem meam huius uerbi audieras: nā uersuni tantum. Martialis isserueram: non addidi expositionem: quam expectare noluisti: ut una cum aliis a nobis ederetur munere dominae solidissime muneribus mulieribus intelligit: qua ratione multi locupletabantur: & siebat equites: ut Gabinia achillam fecit ex pugile equitem. Martialis: Castora de polluce gabinia fecit achillam. Crispinus: quattuor Crispinos fuisse historia traditur: primū qui eques dignitate sēatoria Claudio iperāte præfectus prætorii: consularibus insignibus denatus: sub Nerone criminē coniurationis exactus in Sardinianū accepto iussæ mortis nuncio semet iterfecit. Tacitus auctor: Alterū Neronis priuignum: qui puer adhuc patris imperio submersus ē. Tranquillus scribit: Teritiū q; tēporibus Othōis cū duobus cēturiōibus tumultu militari necatus ē. Plutarchus & Tacitus scribūt: Quartū qui ex seruili cōditiōe ægyptius Dōitiā īdulgētia ad equestrem cēsū perueit: ad eū Mart. Sic placidū uideas séper crispie tōantē: Nec te roma minus: q; tua mēphīs act. Hūc alibi lacerat perpetua ferme satyra: nūc cōqueritur q; ex seruo ad equestria insignia fuerit puectus. Pars niliacæ plebis: hoc ē seruus ex plebenā i ægypto i plebe tātū erat seruī. Mart. Nō de plebe domus: nec auaræ uerna catastæ. Trāquillus in Vespasiā: Quidā e plebe luībus orbatus. Is fuit alexandrīus: ut tradit Tacitus. Lacernas tyriæ: purpureis uestibus oblectatū esse Crispinum tradit Martialis: Nescit cui dederit tyriā crispinus abollā: Dū mutat cultus īdūitq; nouos: ea superīduebat togæ. Trāquillus: Dedit negociū ædilibus ne pateret i foro circoue quēq; consistere: nisi positis lacernis togatū.

C um tener uxorem ducat spado: neuia tuscum
F igit aptū: & nuda teneat uenabula mamma.
P atricos omnes opibus cum prouocet unus:
Q uo tōdēte grauis iuueni mihi barba sonabat.
C um pars niliacæ plebis: cum uerna canopi
C rispinus tyrias humero reuocante lacernas

Aestiuū aurū: Quid delirat hoc loco Fidētinus cū præceptore suo nescio qd ridiculū de
ueste aurea afferens: non ne Iuuenalis iam dixit in tyrias uestes Crispini au superindue-
rat attalicas. O ineptum hominem. Iuuenalis describit insignia equestria in Crispino: ut
dicas quod ex præceptore tuo non potuisti. Non n. mouetur q uestes habeat Crispinus:
sed q equestris census sit & dignitatis: quæ designatur uestibus purpureis & annulo.

V entile et æstiuū digitis sudantibus aurum:
N ec sufferre queat maioris pondera gemmæ:
D ifficile est satyrā non scribere: nā quis iniquæ,
T am patiens urbis: tam ferreus ut teneat se:
C ausidici noua cum ueniat lectica mathonis
P lena ipso: & post hunc magni delator amici:
E tcito rapturus de nobilitate comesa
Q uod supest:quē massa tiet:quē munere palpat

Aestiuū aug: leuem
bratteam & filū aureū:
ut ita dixerim intelligo:
nā res subtiliores & le-
uiores æstiuas solēus ap-
pellare. In anulis autem
ut scribit Plinius: Alii pō-
dera & magnitudinē au-
ri ostēabant: Alii plu-
res q unū gestare labor-
erat: Alii prægrādes gē-
mas subtilissimis brat-
teis & filis: quibus pan-
nulis urebantur inserē-
tes earum precio gloria-
batur. Hoc anulogē gēus

luxuriosi hominis erat & ditissimi: qualēm Iuuenalis uult ostendere Crispinum fuisse. Pli-
de annulis: Alii pondera eorum ostēant: aliis plures q unū gestare labor est: alii bratte-
as inserunt leuiore materia: & propter casum gēmarum totam sollicitudinem putāt. Nec
sufferre queat: plane describit anulum quem dixi leuiorem bratteā cum ait æstiuū aurū:
prægrandem uero gēnam hoc uersu Majoris pondera gēmæ: Ventilet: hoc ad mollitiem
Crispini rettulit: qui manus incedēdo ita languentes pēdere sinebat & mouerit: ut quasi
ei labor esse uideretur: & sudor gestare anulum & properea uentilare. Causidici noua:
hinc grauiorem scribenda satyrā causam orditur ob delatores. s. quos Domitianus tanto-
pere feuebat: ut ne hi quidem qui ei amicissimi uidebantur tuti a criminatiōibz essent.
Cum autem ī eo & quæstus esset: & gratia imperatoris pararetur: multi pauperes causidici
a forensibus causis ad delationes se cōferebant: ut Pompeius Falco: qui iisdem téporibus
accūabat: ut alibi notatur a Iuuenale: Sæuior illo Pompeius téui iugulos aperire su surro.
Eundem fuisse causidicum Plinius docet: qui epistola ei consulit: ut creatus tribunus ab-
stineat actione causarum. Hos omnes sub persona Mathonis notat: quem pauperem & di-
uitem factum uideri uult delationum quæstu pauperem fuisse indicat Martialis: Parua ro-
ga magnos: sed non dant hæc quoq magni: Ut leuius pudeat iam niatho: parua roga. Iu-
uenalis alibi: Matho deficit. Noua: nuper comparata delationibus cū antea esset pauper.

Plena ipso: in qua gestatur solus tanq luxuriosus & delicatus. Post hunc: ex historia
sutorum tempoz hoc ait: nā Domitianus Arentinum Clementē cū leui delatione serui: quis
prius amicum intīmū capitū esset condemnaturus: nihil prius ei dixit: q conspecto dela-
tore iuxta lecticam (nam una gestabatur) ita ait: Vis hunc nequissimum feruū cras audia-
nus: atq ita damnauit. Conqueritur igitur Iuuenalis aures principis adeo patere delato-
ribz: ut ne eius quidem amicissimi tuti sint: ut expōas Delator magni amici: Magni. i.
imperatorii: nam magna amicitia imperatoris dicitur: alibi Iuuenalis: In quorum facie mi-
seræ magna: sedebat Pallor amicitia. Non ne inquit poeta scribenda ē satyra: cū pleriq
causidici delationibus locuplerentur: & tot sint delatores: ut si alii defuerint iuxta lecti-
cani: seruus sit delator: qui uel amicissimū imperatori leui delatione potest tollere: ut ille
Arentinum Clementē. Quod superest: nam multos iam patritios & senatores nobiles ī exi-
lum eicerat & trucidauerat Domitianus: auctores Eusebius & Tranquillus. ¶ Quem: nō
certū aliquem designat delatorem: Sed simpliciter delatorem: hoc est delatores etiam ipsi
delatore timent apud Domitianū: ut Bebius Massa. hunc delatorem fuisse téporibus Do-
mitiani scribit Tacitus in nece Pisonis: Aderat inquit Bebius Massa qui nosceret. Iam tū
.i. téporibus Vespasiā optio cuiq exitiosus: suis. s. delatiōibus & ī cās malox: quæ mox. i.
deinceps téporibus Dōitiā: tulius lape reditus: eiusdē mēinit Plinius ad Tacitū scribēs.

Carus: temporibus Domitiani hunc delatorem fuisse ostendit Plinius his verbis: Nisi forte q̄ non fui reus fuisse si Domitianus sub quo hæc acciderunt diutius uixisset: nam in scrinio eius datus a Caro in me libellus inuetus est. Medose acer pro a Caro in aliis codicibus reperio. At quoniam Fidentinus cum præceptore hoc loco clamat me depravare codicem Plinii: nec usq; extare Carum fuisse delatore: audiat Martialem: Ecce reum carus te d' tuli: ad sit agellus. Nec aliter cōuēret: nā ut p̄ posui ostendit Iuue. de latorē ēt delatores ipsos timere apud principē: q̄ eos admodū amplectebat. de eodē Cato. Mart. O cui uirgineo flauescere contigit aitro: Dic ubi palladiū sit tibi care de cus? Thymele: p̄ rīa fuit quæ saltationē scānicā iſtituit. Plutarchi uero interpres uerbo græco thy melē. Nerōis p̄ saltatioē reddidit: eiūdē nō ūxor Latini: q̄ mīnus fuit Domitiāi auctore Trāqllo: nā eius iocis & Pāniculi & Thymelēs oblectabat imperator. Mart. Qua thymelem spectas:

C arus: & a trepido thymele sūmissa latino.
C um te sūmoueant qui testamenta merentur
N octibus: in cælum quos euehit optima summi
N unc uia processus uetulæ uessica beatæ.
V nciolam proculeius habet: sed gillo deuncem.
P artes quisq; suas ad mensuram inguinis hæres
A cciat sane mercedem sanguinis: & sic palleat
V t nudis pressit qui calcibus anguem:
A ut lugdunensem thetor dicturus ad aram.
Q uid referā quanta siccum iecur ardeat ira:
C ū populū gregibus coitū premat hic spoliator
P upilli prostratis. at hic damnatus inani

d'risorēq; latinū: Illa frōte precor carīa nostra legas. A Latō āt ait timeri delatore: ut ostēdat ne mīnum quidē īperatoris: quis ei iocūdissimus sit delatiōibus tutū esse: Sed opere eū clā mittere Thymelē uxorē ad eū placandū. Sūmissa: ego nō itelligo supposita ad libidinē: quæ n. formā erat in Thymele mīma ut expeteret: Sed sūmissa. i. clā missa ad delatore placandū iocis: nō lebat. n. uidefi Latius timere apud imperatorē. Munere palpat: muneribus cōciliat: nā p̄pare tractare ē & lenire. Absoluta iā ē a Iuuēale cā Satyræ scribendæ: quæ erat ppter fauorē principis ī delatores. eos repressit Titus: eosdē in initio imperii Domitianus: Sed postea eccl̄dem ita excitauit: ut hæc de eo Tranquillus scribat: Bonū uox & mortuorū usq; quaq; quolibet & accusatore & crīe corripiebant: Satis erat obiici qualecūq; factū dictūq; aduersus maiestatē principis. Sūmoueāt: te sibi cedere cogant:

Qui testamēta: Alia indignatiōis cā: q̄ turpi quæstu & uetulag; cōsuetudie multi diuites fiebāt: nā cū illis decrepitis & pruriētibus officiū p̄st̄itissent: hæredes postea scribebāt. Martialis ī Caridemū: qui amissas opes ita uolebat reparare: Nūc sectariā anus o q̄ū cogit egestas. pluria præterea Mart. epigrāmata uetulis pruriētibus & futui cupiētibus illudūt. Hūc totū locū ad Othonē referri perridiculū ē: q̄. s. ille per Aulicā anū decrepitā iſiuatus sit Neroni. In oēs dicit: qui eo quæstu locupletabant: ut dixiū: Et merebāt testamēta quæ de Othonē nō possūt itelligi: nō. n. fuit illius anus hæres. Præterea ait nūc. i. x̄tate nostra.

Arā lugdunēsē: ex historia hoc dicit: na Calligula certamī orator̄ ī gallia iſtituit ad lugdunū ea lege: ut uicti uictor̄ laudes cōponerē: & qui maxie displicuerit: spōgia līqua ue scripta abstergerē: nisi maluissēt aut ferulis obiurgari: aut ī pximū fluuiū mergi. Oratores igit̄ illīc dictū i pallebat p̄positū suppliciū timētes. Nō tamē ī quī Iuue. pallidiores erant his qui sanguīne ex hauriunt: dū pruriētibus uetulis operā p̄st̄at: dīxit āt arā: quoniam lugdūi cū oppidū ēt Augusti: & duæ aræ: altera erat eximia dignitatis. de qua nūc loquit̄: nā illīc titulus erat iſcriptus q̄nquaq; gētiū: & sigulis statua una erat locata. hæc ex Trāqllo & Strabōe. Addit Eusebius lugdunū cōditū fuisse a Trebatio. Proculius: uir optius: cuius nō eminit Horatius: qui eques romāus t̄ itæ pietatis ī fratres fuit: ut bōa cū his iterū aqua portiōe diuiserit: cū bellis ciuilibus atriti pauperes essent. Hic p̄ optimo uiro & minime mentulato ponitur. Gilo: pro mentulato: ut Maro & Titius apud Martialem.

Spoliator pupilli: In omnes spoliatores pupillorū hoc dicit: & numerus singularis pro plurali ponitur: In hoc notatur Irus quidem fictio nomine: Quot pupillos circūscriperit Irus quis hoc cōmēde possit uideri dictum in eos qui uiduas habentes liberos adulteros blanditiis spolia bant: In quo carpitur Galla a Martiale: Cū placeat phleros tota tibi dote redemptus: Tris pateris natos galla perire fame. Atq; hoc cum superioribus conuenit: quæ de uerulis dixit. Spoliator pupilli: dū matrē s. uiduā exhaustis bonis.

Prostantis: nā paupertate cogitur turpitudine corporis qualitū facere:

Marius: Mariū Priscū intelligi planum est: qui cū africam prouinciam spoliaisset: accusatus Romæ ab aphis uarias habuit senētias: tādē Corutus septē milia nummū: quæ puīcialibus erizuerat: xiario inferenda cēsūt: cum aphis restitui d'buissēt spoliatis: quod Iuuealis conquerit publicā detestans avaritiā: & iudiciorū iniquitatē.

I udicio (quid enim saluis infamia nummis?)
E xul ab octaua marius bibit: & fruitur diis
I ratis: at tu uictuix prouincia ploras.
H æc ego non credam uenusina digna luceina?
H æc ego non agitem: sed quid magis herculeias
A ut diomedreas: aut mugitum labyrinthi:
E t mare percussum puero: fabiumq; uolantem:
C um leno accipiat mœchi bona: si capiendi
I us nullum uxori: doctus spectare lacunar:
D octus & ad calicem uigilanti stertere naso:
C um fas esse putet curam sperare cohortis

alibi: Cur tenues nuper Marius discinxerit aphros. hæc exemplis Plini. Dis iudicis aduerso iudicio. Ab octaua: statim post oclauam: quæ palastiū itarum erat: Nam ante nonam mensa destinatam cœnare hominis luxuriosi & dissoluti habebatur. Victoria prouincia: quæ Mariū damnasti. Ploras: tibi non restituta pecunia. In ariū iudicio: iane iudicū appellat quod nihil aphis profuit: nam in ariū deriuata est pecunia. Luceina uenusina: lucubratioē horatiana: Nam Horatius Lucillio tertiō & magis purus ad notādos hominū mores præcipiū: ut scribit Fabius: Venusiam dauniorū coloniam in apulia patriam habuit. Sed quid magis herculeias: ex sensu quo orsus est satyram: q. s. docti & indocili tabuleſa quotidie scriberent quasi respirans. non ne inquit satyra scribenda est potius cum tot sit causæ q̄ fabulosa? Diomedreas: fabulas scriptas de locis Diomedis: qui ī aues cœnueri sunt: quæ diomedea dicuntur. Fabrumq; uolantem: uerbum græcum exp̄lit: nā Dædalus fabrum significat & ingeniosū. Cum leno accipiat: Domitianus legem tulit: qua prohibuit mulieres relietas hæreditates & legata capere: auctor Tranquillus: Nā adulterii prateritis ſæpe liberis mœchis suis bona relinquebant. Iuueala inquit Iuuealis fraus eit legi: nam ex quo per legem mœchæ suoꝝ adulteros bona capere non pessūt: mariti tanq; earum lenones pecunia corrupti eas ab aliis attractari permittūt: iā erudit ad dissimulandā conscientiam: intuentes. s. lacunar cū mœchus accedit: aut stertentes in mensa: si forte tunc ingreditur cum tamen uigilent. Si capiendi ius nullū uxoris: Si legitur ī codicibus antiquis non sit: hoc eit quoniam sublatū eft. ius uxoribus capiendi hæreditates & legata mortuos per legem Domitianū: maritus tanq; leno excogitauit quo pacto uiuentes spoliet adulteros: nā corruptus pecunia & muneribus se consciūtum esse dissimulat. Alienas opiniones & fabulas hoc loco ego quoq; dissimulabo: ne si coepero refellere: aut aliqua ex parte probare uidear: aut non fatis habere fidei huic sententiæ: quæ aperiſſima eft. Cū fas esse putet: Eum notat: qui puer educatus inter aurigas: & ipſe auriga aliquando: tandem ad tantam peruererat dignitatem: ut cohorti prætoriæ præficeretur. Tigillinum intelligere non placet: quis non ignorē illum Neroni fuisse gratissimū: non. n. poetæ temporibus uocabat: quod ex Plutarcho & Tacito scimus: ut eius causa ad satyras scribendas ipelli posse uideatur: nā de homine sui temporis loquitur: cum dicat Cumi fas esse putet. s. nunc. Præterea uiuos tantum notat obscurioribus quidem uerbis & ambigibus: quod exitu satyræ plane fatetur: Experiā quid concedatur ī illos: &c. quoniam ī. s. coeperaūt de uiuis scribere:

Sed mutato cōsilio de mortuis scripturum pollicetur. nec Othonem intelliges ex qua dixi de causa. Cornelium uero Fuscum mea quidem sententia nota: nam is temporibus Domitianis & poetæ præfectus cohortis prætoriæ fuit: quod scribit Tranquillus. Idem oī flavigiosissimus: & suscepit Vespaſiani partibus ardentem bello ciuili facē prætulit: ut scribit Tacitus: Idem temporibus Neronis aurigauit ut principi: qui eodem studio tenebat: placeret: Na Nero: ut Tacitus scribit: suæ auri gationis infamia leuiorē uideri posse putauit: si plures födatis: itaq; nobilium familiarū posteros egestate uenales i scānā deduxit: Fuisse nobilem Fuscū scribit Tacitus his uerbis: Procurator aderat Cornelius Fuscus ingens ætate claris natalibus: post Nerōis tēpora senatorio ordine depoſito i locū quietis cupiditate contulit. Demum tēporibus Domitiāi cohorti prætoriæ præfectus bellū aduersus dacos gessit: ubi occubuit. Clarus epitaphio Martialis: Ille sacri lateris custos martisq; togati: & Iuuealis alibi: Et qui uulturibus seruabat uiscera dacis Fuscus marmorea meditatus prælia uilla: hoc est qui i umbra semper erat uersatus: & molli aurigatione. eodem crimine alibi Damasippū ficto nomine nota. Dōauit præsepibus: consūpsit i equis alēdis ad aurigationē. Caret censu maior: nā egestate uenalis quis nobilis Nerōi se aurigā prætitit. Curā cohortis: præfecturā cohortis prætoriæ. Puer: cū esset oī puer Fuscus. Ita tēebat loīa: tractabat habēas equo& auriga Neronis. Automedon. i. auriga: nā Automedon Achillis auriga fuit: hic simpliciter pro auriga. Ipse: Fuscus: cū alii nobiles suos aurigas habere soleant. Cū se iactaret amicæ lacernatæ. i. dum Nero Sporū suū comitaretur: quē per sigillaria & uarios secessus ipudenter comitatus ē. nota est historia Tranquilli. q. d. nō in certaminibus sacrī: sed in molli & obſceno uitæ genere Fuscus Neroni aurigadi operā præstitit. Flaminia: uia strauit Flaminius cōsul post uictoriā partā de liguribus: a Roma per tuſciā Ariminū usq; Strabo. Capaces ceras: ingētes pugillares. Ita sexta ceruice: eu nota: qui tēporibus suis signatis fallo testamētis factus erat diues. hūc alii interpretes modo incognitū fatent: modo Tigillinū esse affirmant: A quibus oībus ut dissentiā Pliniū auctoritate adducor: qui Iuuealis tēporibus Regulū sic taxat: Aspice Regulū: qui ex paupere & tenui ad tātas opes per flagitia pcessit: ut ipse mihi dixerit: cū cōsuleret q; cito sexcenties festertiū ipleturus esset: Inuēisse exta duplicata: quibus porrēdi millies & ducenties habitus: & hēbit si mō ut cēpīt aliena testamēta: quod ē i pbifissimū genus: falsis his quo& sūt illa dictauerit. hūc Mart. laudat assētādo cū diues & potēs esset: ut etiā Pli. fateſ. Et inquit diues & potēs. nec me fugit hūc Regulū esse. Pliūs & hoc loco & alibi mō testamento& captatore ostēdit: mō oīum bipedū nequissimū appellat. Quali ipudentia est Fidentinus: qui cū hūc locū ex scriptis nostris didicisset inuitus: & cōfictas a se fabulas in huius loci expositionē hac una nostra opinioē emendare uellet: & per iuidiā noluit hāc unā amplecti: & per ignorantia reliquas narrat tāq; pbet: cū tamē fieri non possit: ut illa præter hāc uera sit. Puduit quinquagénarium discipulum ab homine: qui uix uigesimum nonum annum natus est discere: quod per omnem uitam non potuerat: Sed nebulonem prætereanus: de quo uerba nusq; facerem: nīsi me præceptoris recordatio moneret. Scio enim quos habuerit Fidentinus fraudis & uersutiæ magistros ac impulsores. Sexta ceruice: latine hexaphorum dixit: idest lectica a sex seruis gestata. Nuda: nudum littus dicimus: quod habitatoribus non occupatur: & nudam cathedram hoc loco in qua solus gestabatur ille: quod erat luxuriosi. ut āte dixit Plena ipso. Supino: idest molli & delicato: ut ego suspicor: nā Meccenatem mollem fuisse legimus ueltium præsertim elegantia. & Horatius eum malacinum appellat: quod mollem significat. Porphyrio ita interpretat:

Qui bona donauit præsepibus: & caret omni M aiorum censu: dum peruolat axe citato F lamina: puer automedon nā lora tenebat: I pse lacernatæ cum se iactaret amicæ. Nonne libet medio ceras implere capaces Q uadriuio: cum iam sexta ceruice feratur: H inc atq; inde patens: ac nuda pene cathedra: E t multum referens de mecenate supino

nam μέλαχος mollem significat: Vnde malacinus.alibi Iuuinalis : Teneris quoq; mecenatus aptram i, tenero & molli Mecenati . Qui supino pro superbo exponit & elato: nullum habent auctorē: licet quidam Persii uersum male interpretati Latī quod honore sumus: superbum exposuerit: cum plane illic luxuriosum significet & mollem . Mecenatē superbum appellatū nūsq legimus: Martialis supinum pro molli dixit: Nūsq delitiæ supiniores.i.molliores.Fidētūs præceptoris cōsilio usus hūc locum a me acceptum & non percipit: & iniurit. Matrōa potens: ueneficia accusat: quæ ita passim fiebant: ut iam uiri ab uxoribus & uxores a uiris tollerentur.Galla septē necauit: Fūera post septē nupsit tibi galla uirorū Picentie: sequi uult puto galla uiros . Venenum uino misceri tēporibus Iuuinalis maxime i usu erat. Martialis: Diceris hac cælebs factus quater esse lagēna . i. ueneficio lagēnæ indito. Veneficia oī coercuit seatus multis mulieribus dānatis: ut est apud Linū copiose scriptū: rursus eruērunt fraude Agrippinæ:

S ignator falso: qui se lautum atq; beatum
E xiguis tabulis:& gemma fecerat uda?
O ccurrit matrona potens:quæ molle calenum
P orrectura uiro miscet sítiente rubetam:
I nstituitq; rudes melior locusta propinquas
P er famam & populum nigros efferre maritos.
A uide aliquid breuibus gyaris & carcere dignum
S i uis esse aliquid, probitas laudatur:& alget.
C timinibus debent hortos: prætoria:mensas:
A rgentū uetus: & stantem extra pocula caprū.
Q uem patitur dormire nurus corruptor auaræ:
Q uem sponsæ turpes: & prætextatus adulteri:
S i natura negat facit indignatio uersum
Q ualencunq; potest: quales ego uel cluuienus:

quæ Claudiū uirū uenenato boleto substulit: uel certe uēeno cibo delectabili ifuso: ut Tacitus tradit: docente Locusta: quæ iam ueneficii conuicta fuerat: eadē magistra Britanicus a Nerone est necatus educta ex Iulii Pollienis custodia: apud quē ob idē scelus seruabatur. Locusta: hoc est ipsa matrōa tāq Locusta magistra. Melior: perior aliis. Per famā: quoniā non argubatur: nā silentium quoddā fieri putatur his locis: Inq; rubeta uenenata rava cadauera effereban: ut est apud Pliniū. Gyros: insula ex cycladicibus una: locus exilii grauissimi. Argentū uetus: i. archatypa pocula anaglypta: ea erant excisa in aspectū: ut scribit Plinius & exculta: ut incisæ animaliū effigies emicerent. hic ait Statē extra pocula. Adulteri prætextatus: suorū temporum turpitudinem ex hoc notat: q; uxores a uiris ceacta pueros molles in adulteria alliciebant: ut his deprehensis uiri abutarentur. Martialis: Subdola famosæ moneo fuge retia mœcha: Leuor o cenchis galle citheraicis. alibi: Vxorē nolo thelesinā ducere: quare Mœcha ē: sed pueris dat Thelesina: uolo. Quē igitur patitur dormire i. silere & non perturbari in satyrā: Corruptor: senex qui corrūpit nurum: nā cum ea iūior sit facilius potest allicere pueros: q; uxor. Auaræ: quæ pecūiā pudori præfert. Turpes sponsæ: nā pueri uiris nubebant: ut alibi reprehendit. Et adulteri prætextatus: puer qui in adulteriū allicitur ut pædicetur. Non enī mouetur Iuuinalis: q; puer in prætexta adulteri sit: sed q; fraus illi sit excogitata. Cluuienus: ego nomen malū poetæ coꝝ tempore intelligo. Solent n. satyri sui temporis homines breniter & urbāiter notare: ut Martialis Picentē: Balsum: Ligurinū. Iuuinalis Hispullā & alios: quod etiā comici ueteres Italo prope satyri faciebat: ut legere ē apud Aristophanē. Cluuienū Cherilū fuisse aut aliquē notū poetā quis scribit aut somniat? Discursus: uerbū ē temporum Iuuinalis: quo Martialis usus est pro concursatione eorum qui discurrendo aliquid captabant. Martialis: Discursus uarios uagūq; mane. Alea: tēpora sua notat: qbus & Domitia. & alii effuse alea oblectati sūt. de Domi. Trāillus: Claudius ita amauit: ut de ea librū cōposuerit.

Ex quo deucalion: non promittit se deductus satyram a temporibus Deucalionis de hominum uitiis ad xi:atē usq; suā: ut non nulli suspicati sunt. Id n. esset īfiniti prope operis præstare: & polliceri: arrogantis poctæ nō. n. mouetur Iuuenalis antiquoꝝ uitiis: sed suorū temporū. Sed hic sensus est. Cum uitia omnia quæ inualuerunt inter mortales a tempore Deucalionis ex quo reparatū est humanū genus: uotum. s. timor: ira: & reliqui affectus sint farrago: & argumentum nostri libelli. i. satyrici stili: ī quo uolumus uerfari: quando uberioris argumentū datū est: ac si dicat quādo plura uitia fuerunt carpenda: nūq; tanta satyræ facultas & argumentū oblatum est.

Nostri libelli: non exponas huius satyræ quā nunc scribimus: nā uita omnia ab initio orbis nō infectatur. Sed nostri libelli. i. gēneris & poematis satyrici: in quo nos poetæ satyri uerfari sole mus. Et quādo uberior copia uitiior. i. quādo suit maius argumentū satyræ. i. quādo fuerūt plura uitia: quoꝝ reprehensione satyræ argumentū cōstat. Dispensatore: dispensator seruus erat: q̄ curam habebat rei domitiae. Plinius: Seruus eius noīe Rotundus dispēlator. Tacitus: Dispēlator argius e prioribus seruis. Seruo horrenti. i. dispensatore frigenti: q̄ tibi totā arca suppeditat cū ipse careat tuīca.

Erexit uillas: nō uillæ adificationē reprehēdit uel a seuerissimis cōsoribus cōcellā: sed q̄ plus spatii occupabāt uillæ & ædes rusticæ q̄ ager: lege censoria iubēte ne plus uerrerēt q̄ ararēt: ut ē a Pli. scriptū. Secreto: non cōquerit q̄ i publico nō epulēt temporibus suis: q̄ mos & si olī fuit: ut scribit Vale, tamē iā d'suerat: Sed hoc īsestat: q̄ cū epulaꝝ luxus pōtificalibus tātū cōcessus: ut est apd' Macrobiū: & septē uiris epulatibus ī capitolio publice: eadē luxuria iter priuatas ædes mēsa pareat: quod erit a cōquerit Varto: Sed ppter luxuriā epulū ē quodā mō quottidianū Rōa ītra priuatas ædes: ut expōas secreto. i. ītra ædes priuatas. Septē fercula: alludit ad seprē uiros epulōes: quoꝝ cōna lautissima erat. testis Maciobius: ea adiialis uel adipalis dicebat. q. d. q̄ luxū se pte uiꝝ epulonū ītra priuatas ædes parauit: ut nūc uidēus. Nūc sportula: excadescit ex hoc: q̄ cū pauperes tātū olī salutarēt & ide captaret sportulā ad uictū: iā & nobiles & diuites & magistratus eūdē faciat quāstū: ut Mart. Paulū cōsulē carpit salutatē: & alibi ad nobiles ita cōquerit: Quid faciat romæ cui nō licet eē clienti: Dimisit nostras purpura uellitra togas. i. uos nobiles iussisti nos togatos abire a salutatiōbus: quas occupatis. Nero recūs cēnas ad sportulas reuocauit: Domitianus sportulas ad rectam cōnam: Sed nondum id egerat scribente Iuuenale. Ille: scilicet cultos balneorum: nam ab eo erogabatur sportula: hoc ēt centum quadrantes. Martialis: Quos baineator diuidebat elixus.

E x quo deucalion nimbis tollentibus æquor
N auigio montem ascendit: sorteſq; popoſcit.
P aulatimq; animas caluerunt mollia laxa:
E t maribus nudas ostendit pyrrha puellas.
Q uicquid agūt hoſes: uotū: timor: ira: uoluptas:
G audia: discursus nostri est farrago libelli.
E t quando uberior uiciorum copia: quando
M aior auaritiae patuit ſinus: alea quando
H os animos: necq; n. loculis comitantibus itur
A d casum tabulæ: posita ſed luditur arca.
P raelia quanta illic dispensatore uidebis
A rmigerō: ſimplex ne furor feſtertia centum
P erdere: & horrenti tunicam non reddere ſeruoſ
Q uis totidem erexit uillas: quis ferula ſeptem
S ecreto cōenauit auus: nunc ſportula primo
L imine parua ſed turbæ rapienda togatæ.
I lle tamen faciem prius inſpicit: & trepidat ne
S uppositus uenias: ac falſo nomīne poſcas:
A gnitus accipies: iubet a præcone uocari
I psos troiugenā. nam uexant limen & ipsi
N obiscum: da prætori: da deinde tribuno.

Sed libertinus: notat tempora sua: quibus Domitianus cōmunicauerat quādam ex maximiis officiis inter libertinos & milites: auctore Tranquillo. Libertini oī in quattuor tribus distributi fuerunt: Ex quatinā: Palatinā: Suburranā: Collinā: ornati tēporibus Claudi: nam Claudio: siue Bareas Soranus cōsul Claudio permittente pratoria insignia Pallanti illius liberto decreuit: quod ēt Plinius i naturali historia se uidisse refert: nūc uero libertini

pratoria insignia nō hēbat. Sed tantū cū tribunis .i. militibus cōmūta quāda officia. Inde iuuenalis eos disceptates introducit. Cū prator & tribunus .i. milites ante uocarent: & idignātes q̄ nō sit æquati nō solū tribunis ac militibus: sed & prætoribus: ut tēporibus Claudi fuerūt. De federe locū: datū nobis ab ioperatore: & cōmūne ordinē inire cū tribunis ac militibus. Natus ad euphratē: quis ex seruili cōditiōe si ex cappadoacia aduectus: nā Euphrates (ut lōgū ābitū dīttā) iuxta cappadociā fluit: ūde & serui aduecti capadocios appellati sunt. Mart. Quid te cappadocia cū sex onus esse iuuat:

Quinq̄ tabernæ: non de numero tabernaḡ loquit: q̄ tātū quinq̄ cēnt: Sed Rōx ira quādā tabernæ appellabāt iuxta forū: eadē septem dictæ sunt. Luius: At serūt tabernæ circa forū quā oī septē: nūc quinq̄ dicūt: eas hic posuit pro oībus prædiis uiciniis foro quā preciosiora sūt. hāc meā sententiā quā (quod siē arrogātia dictū sit) pri-
mus hoc loco excogitauit in aliis multas: Fide-

S ed libertinus prior est: prior inquit ego adsum.
C ur timeam: dubitem ue locum defendere: quis
N atus ad euphratē: molles quod i aure feneitiae
A rguerint: licet ipse negem: sed quinq̄ tabernæ
Q uadrigēta patant: quid cōfert purpura maius
O ptandam: si laurenti custodit in agro
C onductas eoruinus oues: ego possideo plus
P allante: & licinis: expectent ergo tribuni:
V incant diuītiae: sacro nec cedat honori
N uper in hāc urbem pedibus qui uenerat albisi.
Q uandoquidem inter nos sanctissima diuītiarū
M aiestas: & si funesta pecunia templo
N ondū habitas: nullas nūmorū ereximus aras:
V it colitur pax: atq̄ fides: concordia: uirtus:
uictissimo Et Inclyto Duce Petro Mocenico.

Domitii Calderini Veronensis Secretarii Apostolici In Satyras Iuuenalis Ad Clarissimū
Vig Julianum Medicen Laurentii Fratrem Petri Cosmi Filiū Florentinum Editi Romæ:
Quom Ibi Publice Profiteretur k. Septembbris. M. CCCC LXXIII.

Ihil mihi in toto opere perficiēdo molestius fuit q̄ p̄
Fidētius ita plerūq; occurrebat suis iepitiis: ut eas re-
fellere pigeret. Nam quom scripta nostra aliquādo
legisset: quæ a ducētis ferme auditoribus excepta sūt: hoc an-
no Brotheo duce & præceptore suos cōmētarios quos olī ei di-
cauerat emēdare conatus ē. Qd̄ facile agnoscas. Nā ubi ī ue-
terem proponit: falsam quidem & ridiculam: tum aut meam
non probat quam non percipit: aut alios aliter sentire affir-
mat. Recte quidem nā quotiens bene sentiēdum est ad alios
refert autores. Ipse. n. bene nunq; sensit nisi quom nuper ex
academia romana magno auditoꝝ consensu explosus: in tri-
uio ludū aperuit: ad prima rudimēta tradenda uix receptus.
Sed ita me deus amet: pudet de homine uerba facere. Est
enim non modo indoctus: sed etiam quod ex eius scriptis
facile agnoscas parum prudens: ab omnibus ludibrio ha-
betur. Brotheum excipio: qui similis ingenii: & doctrinæ
hominem magni facit. Ridebamus nuper cum quibusdam
iuuenibus doctissimis: quom Fidentini paradoxa in mani-
bus essent: Nam spōsione certa in prima pagina eius quin-
ternionis quem sorte exciperet: tres errores indicaturū pol-
licitus sum: quod profecto tā feliciter ægi: ut ex primis decē
uersibus quattuor se se optulerint. Quid omnes numerem?
Sūt. n. prope infiniti. Vna litura totus liber emēdari potest:
ut lepidissimus poeta ait. Quod Choraules sit propriū ap̄
Tranquillum in Nerone. Quod Clunicus apud Martialem
legatur a Clunia oppido hispaniæ: ubi nos Clinicus legius p
medico. Qd̄ Zelotæ sint armeniæ populi: idq; scribat Mar-
tialis. transcurrunt zelote leuesq; lances: quom illic Gabate
legatus. Quod Crispinus piscator fuerit Neronis filius. Sed
nolo aliis redarguendi & ridendi materiā omnem præcipere.
In iis quoniām nos aliter scripsimus: ait se centū loca repræ-
hendisse. Portēta sunt: quæ multis etiam autoribus aut Fal-
so: aut non necessario nominatis in Iuuenalem edidit: &
plane paradoxa quod ipsa iſcriptiōe ingenue fassus est. Sūt
enim παριστάνεται Et sententiā Iuuenalis: Evidē hæc nō

scripsisse. Si in urbe tantum de hoc ageretur: ubi contemnitur. Sed quoniam ad alios haec fortasse aliquando perueniet: nolui eos ignorare quis sit Fidentinus: ne hominis ignorantia academiæ rationæ: unde haec emittuntur: ascribendā iudicent.

Domitii Calderini Veronensis: Secretarii Apostolici Defensoris Aduersus Brotheum Grammaticum Commentarios: Materialis Calumniatorem: Cū Recriminatioē Retaxationis Plinianæ in qua Brotheus: ducetis & .lxxv. locis præstantissimū scriptore: n depraauuit.

Tinam Heli & Marce consilio meo mihi uti licuisset quod ab ineunte ætate spōte suscepī: & omni tēpore secutus sum libentissime: nulla enī nobis contentio esset cum aduersariis istis: qui nec suæ dignitatis ullam rationem habent: nec studiorū meorū & otii quod me profecto tantopere delectat: uix ut multis cōcūciis: clamoribus. Tandem aliquando excitari potuerim: & in hāc disceptationem impelli turbulētissimā quidem & istorum odio īcredibili: animiq; prauitate agitatam potius: q̄ ulla litterarum cura: uel susceptam: uel confirmatam. Nā ut sāpe ex me audiūstis: nō dissentiunt perditissimi homines: sed oderūt. Nō docent: sed inuident. Non disputant: sed obiurgāt: & inflectātur. Non ne uidetis q̄ solleiti sint: q̄ta concursatione omnes present: per totā Vrbē errātes: duo leuissimi asseclæ: qui suā famā iamdiu prodiderunt: ut nunc obesse meæ conarentur. Hi Brothei grāmatici epistolarum inani numero gloriātur: libellum prægrandem fore denuntiāt. In compitis ostentāt. Deniq; duæ alieni furoris faces: ad optimi cuiusq; interitum comparatæ omnium oculis sele obiiciunt. Haec & si e multis quotidie mihi nunciabantur: qui monebant & rogabant ut tam perditā maledicendi licentiā & temeritatem aliquando coercerem. Tamen in animo erat dissimulare tantisper: dum Tertiū & Quartū lucubrationis nostræ quæ in manib; est: absoluere libros. In quibus non solum quæ multis epistolis calumniando & inuertendo obiiciunt facile confutauimus.

Sed ita eorum coarguimus ignorantia: ut in ducentis & septuaginta quinque locis Plinianum codicem: quem Brotheus imprimi iussit: deprauasse fateatur necesse sit. Sed quoniam librarius meus nunc absit ab Urbe: quem intra triduum spero affuturum: eorum sententiae & auctorati non nihil concedendum fuit. Qui interea aliquid a nobis emittendum censuerunt: quo suae leuitatis & ignorantiae moneantur: cuius dedecus & infamiam libris nostris editis: uix ferre poterit miser rectis sensibus: nisi omnino dissolutus sit: & plane perditus: qualis si est: quid aut in me: aut in alios dicat: nihil labore: quum i se quid dici possit: penitus iandiu neglexerit. De aseclis nihil nunc quidem scribo: pasque. n. me mouet eorum dementia: cuius mihi credite: & poenias dederunt hactenus: & paulo post eos grauius poenitebit. Brotheo tantum grammatico respondebo: qui si me Timonem nominat: quod: ut ille: omnes odio habet: le Brotheum iustius appellari non ignoret: que ne paretes quidem amare potuerunt. Huius epistolae numero quidem multae: grauitate uero & pondere: nullae: feruntur. Ex his septem sunt quibus quatuor cotta melius Dei maximi fidem: quia indignis persona quam sustinet: quia in honestis etati iam ingrauescenti: septem in commentariis nostris loca labefactare: euertere: tollere studerunt: & i eo omnes ingenii neruos contendit. De his igitur: nunc agemus. Reliquis in alterum opus coniectis. Primus est de Talis ac Tessarisi: de quibus quid aut nos scripsi: aut Brotheus daret paucissimis explicabo. Tessara ut in nostris est: commentariis quatuor lateru erat. Talus sex: in quibus canis afferebat iacturam. Erat. n. unius puncti ut scribit Pollux. Venus & Senio lucrum Persius. Quid dexter Senio ferret. Scire erat in uoto danosa canicula quantum raderet. Augustus praeterea ita scribit. Talis iactaris ut quisque canet: aut senionem miserat in singulos talos: singulos denarios conferebat in mediu: quos tollebat uniuersos qui Venerem iecerat. Multa praeterea ex antiquorum monimentis luculenter repetimus: quae qui uoleat illic requiret. Talus in greeko gr^αci dicitur. Tessara gr^αci non habent: sed ασπάγαλον. At inquieres Aulus Gellius testimonio Varronis ait κύβον tessaram dici latine: quod Festus quoque affirmit.

Festi quidem & Gellii auctoritas apud me plurimum ualeat.
sed uide ne apud te nimiū. Non n.a talo tessarā distinxerūt:
aut certe quid omnino esset talus in ludo docuerunt:quum
uero utrumq; nomen apud Martialem legerem:ita ut semper
tessara:talo inferior designetur . Non mea magnanimo de-
pugnat tessara talo. Alibi. Nō sum taloꝝ numero par tessa-
ra. Iulium Pollucem scriptorem apud græcos diligētissimum
sequendum putau. Nā ut Martialis talū & tessarā nomiat
ita ille docet quid sit κύβος & ἀσπάγαλος : q̄ autē Astrag-
alus:quem puto esse tessarā quattuor tantū latera haberet
uel ex eo docet Pollux.qd̄ ait duo latera deesse in Astragalo:
hoc est duo puncta & quinq;: quæ in hoc ut scribit non
sunt ut in κύβοισ Αstragalus quidem talus in pede dicitur:
sed idem in ludum trāslatus a nostris tessara appellatus est.
a quattuor scilicet lateribus: quæ tātum habet ut perspicere
licet in quibus iactatus consistat. Tessara autem quattuor
significat: unde Astragalus nomē tessaræ accepit. Occurret
Brotheus in illa particula qua ait. Nam q̄ Pollucem scri-
berem affirmat uno latere Astragali duo pūcta: altero quīq;
non esse:ut sunt in talo:aperte mentitur. Remittas uelim a/
liquid mihi de persona tua in hac altercatione:& æquo anio
feras. Audes ne homo id ætatis:& dignitatis quod uel nō le-
gisti uel non percepisti: in eo clamare aliquem mēriti? Es ne
tam duræ frontis:ut si tibi Iulii Pollucis uerba indicauero:
te non pudeat. Si Iuliū Pollucē habes:require in nono libro:
ubi quum multa de Astragalo differuissest: Δύας γράμματα
ις πέντε εν ἀσπάγαλοις ωρῶξ εν κύβοις οὐκ εὑέσιν
id est ut hæc quoq; ex nobis discas:qui græce nescis. Duo au-
tē & quinq; in astragalis ut in talis nō sunt. Recognosce hæc
uerba : & aude negare aut uerum esse quod nos trādimus:
aut falsum :quod tu disputasti:tantis contumeliis:& tā lōga
epistola:quæ tota hac una Pollucis sentētia explōsa est:quid
enim aliud in nobis infirmare conatus es: quam quod di-
ximus tessaram pauciorum laterum esse q̄ talum:ut fu con-
trariū astrueres. Iulius Pollux aduersus te testimoniu dicit.
Martialis accusat. prævaricatio tua est deprehensa: quid in

causa aut mihi amplius est desyderadum: aut tibi præterea
reliquitur. Esto iquit Tessara q̄ nō sim par numero talorū:
qui sex lateribus sunt. Immo se īparē ait: si Brotheum audi-
mus: quoniā plures in ludū tali: q̄ tessaræ iactari soleat. Nā
Euripides quadraginta talorum numerum in ludo instituit.
O uecordiā: o ignorantiā non ferēdā: Pollux a quo iste per-
uerse accipis. In tessaris inquit aliquando punctus fuit: qui
octo significabat: sed quum Euripides inter quadraginta e-
iectis triginta imperasiter athenis numerum ad quadraginta
collegit: & auxit. Autor. n. fuit: qđ Pollux apertissime docet:
ut quū olim punctus octo tantū significaret iā esset: qui pro
quadragita acciperet: quē Euripidiū dixerūt. Tu uero qđ de
pūcto ille scribit ad talorū numerū p̄ liguā grāce ignorationē
& stultitiā tuā refers. Quæ de cane Senione: Venere: Turri-
cula talo: arrogantissime p̄nuntias. ea omnia in cōmētariis
nostris p̄scripta sunt: cum tertii decimi ūitio: tum in sequē-
tibus diſtichis ut ea īde discere potueris: q̄ ī Iuuenalis quoq;
sentētia explicanda non erubisti. Nā quum eo uersu Et la-
tum media sulcum deducit harena. Suppliciū designari tra-
didissem. eius qui unco in gemonias abiicitur. Cuius tractu
media harena deducit & designat sulcum: addidissemq; duo
esse p̄enarum genera: eorū qui ad palum dānarētur: repetitis
illic multis ātiquorū monumētis: quod auditores nostri exce-
perunt. Tu cuiusdā sententiæ me autorem statuens quā nec
dictauī unq; nec animo concepi: nostram accipis pro tua: & a
nobis in eum locū tradita epistolæ tuæ inserere non ueroris:
ac pro tuis ostentare: quæ tamen iam deprehensa sunt: & ad
suum autorē nō sine tui furti irrisione reuertuntur. Sed iam
de altero loco disseramus. Is ē ex eo uersu Hoc opus est subi-
to fias ut sydere mutus. Et alibi. Zoile percussa est subito
tibi sydere lingua. Vbi nos sydus pro morbo accipiēdū esse
docuimus: a quo syderati dicuntur. His ut Pli. scribit. Vrina
pulli asinini nardo admixto per cōiūctionē prodesse dicitur.
Brotheus Sydere pro fato exposuerat: nunc interpretatione
nostra admonitus aliquid addit: ne omnia discere uideatur.
Syderatio inquit quā grāci ἀσπόβολια appellāt: non sydus

est morbus. Quid deliras bōe pater? Quid tergiuersaris? Qui
mihi agis gratias: q̄ te tāto errore liberaui: qui sydere p̄ fato
illic accepas. Atq; ut altero quoq; te liberē primū dicas ueli
ubi ἀσπόβολιαν syderationē quæ i hominē aliquādo est mor-
bū eē didicisti? Quis scribit? Theophrastus qdē ait ἀσπόβο-
λιαν in arbores aliquādo cadere: in hominē: nemo. Sydera-
tio uero hōini & arbori cōmunis ē: ut scribit Pli. sed dictionē
græcā iculare uoluisti: quā nō recte didicisti ab eo qui te nu-
per docuit: id quod ipse dicere solet. De morbo iq̄ Martialis
ītelligit: quē sydus appellat. Pli. autē ex deriuatiuo syderati-
onē. Audias obsecro subito sydere fias mutus: quo pacto īter-
pretabimur: nisi subito sydere idest morbo: quē Pli. syderati-
onē Martialis sydus uocat: primitiuo usus pro deriuatiuo: ut
Pli. quoq; carbūculū morbū appellat: & ex eo carbūculatio-
nē. Vermiculū & Vermiculationē. Quid clamas? Quid an-
geris? anteq̄ hic discedo tui erroris puerilis te pudeat necesse
est. Nā dū recte a nobis tradita audius criminaris tuā p̄di-
disti ignoratiā bōe pater quū syderationē: quæ i hōinē cadit
a sydere nomen deducere ostēdere uelles: hæc Pli. uerba attu-
listi. Syderatio tota e cælo constat. Tu ne ita Pli. ueeba īelli-
gis? Tu sēsū autoḡ ita īterpretaris? Tu isto ingenio ita elatus
es: hoc nō de hominis ut putas: sed arbor̄ syderatiōe ille scri-
bit. Cōmunes. n. quid i morbi sūt ut ait homini & arboribus:
ut cū alii: tum syderatio & carbunculatio mox addit. Syde-
ratio scilicet i arboribus tota e cælo cōstat. i. ex iiuria & intē-
perie aeris: unde grando i eius cāis ītelligi debet & carbūcu-
latio. Quid apertius: & tamen non intelligis? Sed confundis:
iactas: trāssfers: deriuas: puertis: & quod ille de cāis syderati-
onis i arboribus dixit: tu de noīs deriuatiōe scriptū p̄ ignotā-
tiā putas. Videtis q̄ inanis: q̄ arrogās: q̄ temeraria Brothei de
hoc reprehēsiō fuerit: iam hoc tertio loco de quo disputabi-
mus: nō tā īselectāda est hoīs ignoratiā q̄ prauitas indicāda: &
præuaricatio: quæ facile ab omnibus deprehēdi poterit: quū
nostroq; cōmētarioq; particula in qua calumniatur rēcitata
fuerit. De corde bubulo est distichon i ultimo libro. Pauper
causidicus nullos referentia nūmos. Carmina quum scribas:

accipe cor quod hēs : ubi ita scripsimus de crumena puto intellendum esse in formam cordis. Nā & bullā legimus formā cordis hūisle autore Macrobius : quæ nōnūq ex loro fiebat. Mittitur nūc causidico: qui poeticæ iterdū operā dabat causis omissis: Reprehēsor carminis Martialis . supra Carpe causidicus fertur mea carmīa. Datur ergo ei cor bubulū angustissima crumēa: quū male scribēs carmīa nullā cōsequat̄ pecuniā? Vel si placet intellige de corde bouis. Cor quod hēs. i. accipe cor bouis: quia imprudēs es: & alter bos. Brotheus ex duabus sentētiis i priore accusāda longā epistolā consumit: & multis quidē cōtumeliis additis: quæ a nobis facillie refelli possūt. Nihil. n. dixiūs qđ uel ab autoris sensu alienū sit: uel teste careat: sed alterā tātū sentētiā pbat. ut dicas cor quod habes quia īprudēs es. A nobis scriptā fuisse nō refert: ac pro sua recitat. O īsignē calūniā: o īpudētiā āte hūc diē īauditā. Sexcēti sunt codices cōmētariorū nostrorū: qui p me testimoniū dicūt. En hōinem dignū quo cum in tenebris mīces: quū tot tabellis obsignatis palā inficiari nō erubescat. Sperasti te furto abusu: at deprehēsum est: te coarguit: derideris: & tamē eadem temeritate uerba mea illic de alica scripta cōfundis atq; inuertis. Nā de eo quoq; loco nō nihil est scribēdum. Longā cōtumeliosā: supbiæ plenā epistolā cōposuit: qua obiurgat: qđ aquā mulsa in tāto pretio esse tradiderimus: ut Varro morbum regium dictum scribat qđ ea pretiosissimo remedio curaretur. Vbi hoc legisti in cōmētariis nostris turpissime præuaricator. An tu nos ignorasse qđ tribus in locis cōmētariorū pscripsimus. De alica qđ affirmauimus eā dari solitā aqua mulsa elotā Plinium securi sumus autorem ita scribētem . Alica res romana est nō pridem excogitata. Mox. Nō dūm arbitror Pōpei magni ætate in usu fuisse: tum esse quod eximiæ utilem: nemo dubitat siue elota detur ex aqua mulsa siue in sorbitiōes decocta. Hēc Plini. Nos uero ita in cōmentariis. Alica ab alendo dicitur ut scribit Festus : Tum ætate Pōpei magni nō erat in usu. Ut̄lis tamen habita est & saluberrima. Siue potāda daretur i modū ptisanæ: siue aqua mulsa elota. Mox: quum esset explicādū id uerbum distichi.

Mulsum poterit tibi mittere diues. Hæc uerba subiecimus ī
tāto pretio erat ut Varro scribat morbū regium dictum esse
quod mulso preciosissimo remedio curabat; licet aliter antea
dictū sit ex sentētia Cornelii Celsi. Regre præterea hæc ī cō/
métatiis nostris scripta ī tertiodecīo. Vbi de mulso hæc: quū
de passo scriberemus. Dulce hoc quidē:sed minoris pretii q̄
mulsum ut Varro. & cæta. ac ne omnino dubitares nos plane
quid sit mulsum intellexisse eodem libro ille locus te snonere
potuit. ubi ita scripsimus. Mulsū uinū de quo paulo āte est
dictū magno ipēdīo siebat attico melle tépatii. Huius con/
fectutā docēt Columella & Pli. Nemo est:ut arbitror:qui ex
his uerbis nō plane intelligat. me quidē inter aquam mulsa &
mulsum ītersit cognitū hūisse. Brotheus uero ita uerba mea
recitat. ut nō tā error meus in iis appareat: q̄ eius nefariū ca/
lūniæ scelus. In tāto pretio est aqua mulsa: ita nō scripsi: nec
in cōmétatiis meis est falsarie ipudētissime: sed quū mulsum
īterpretarer illud addidi. In tāto pretio erat ut Varro mor/
bū regū. Nec illic est aqua mulsa: de qua paulo āte eodē di/
sticho scripsera. Ex Pli. nō modo auctōitate: sed uerbis. ut ita
doceré quare mulsum cū alica mittereret. Nō potest. n. nō ui/
deri cōmertiū mulsi cū alica quū ea elueret aqua eti mul/
sa. Tu uero homo ad inanē doctriā iactantiā: quā nullā hēs
comparatus uerba Pli. tota pagīa recitas. Quid sit mulsum?
Quid mellitites. De Pollioē Romulo quid Augusto respōde/
rit. Nec tamē idicas ūde ea accepis: ut iuētor gloriā & doctri
næ laudē Plinio præripias. Nemo est qui ipudentiā tuā non
accusat: iactatiā nō oderit: fūta non derideat. Ego uero de
mulso satis habui digitū ad fōtē ītēdere: unde haurirent qui
uellēt ea omnia quæ tu tāq̄ libris sybillinis legēdis: Quinde/
cimur creatus recitas: & p̄ tuis arrogatiſſie usurpas. Evidē
ōnē tibi accusationē hoc loco remitto. tametsi ea obiicis quæ
sine flagitiō tuor̄ reprehēsiōe diluere nō possim. Nā ut me
de mulso recte sensisse & scripsisse demonstrat̄: calūnia tua
īdicāda fuit: qua uerba mea ī cōmétatiis: puertisti. Illud ue/
ro q̄ stulte obiicit & accusat qđ apud Iuuenalem ita carmen
illud legetius. Contentus fama faceat Lucanus ī hōrtis mar-

moreis; & Serano tenui^q salero Gloria q̄ talibet: Quid erit si gloria tātum est? Ipse. n. Salino legendum cōtēdit. Credo ut Fidētino blādiret ad quē scribit: quē iure & merito uatē suū appellat. Is enī Thersites : tali Homero dignus est aut certe homini gratiā referre uoluit. ob paradoxa & portēta in Iuue/ nälē ei quæ inscripsit & dicauit: hō litteratoꝝ ludibriū: triuioꝝ dedecus. Ex academia romana risu & sibilis iandiu explosus. Sed quid me āgit si uterq; isanus est: si alter alteꝝ ita extol/ lit ut uterq; ab omnibus cōtēnatur . Nos quod in eo Iuuéalis carmie īterpretādo secuti sumus: uel inimicis iudicibus pba/ turos cōfido . Atq; ut inde īcipiam codex meus perantiquus quē ex gallia attuli uobisq; ac multis aliis iam ostēdi: Saleio scriptū habet non salino. Vidistis alterū eiusdē uetus statis & fidei librum: quē Manilius auditor meus uobis aperuit. Vbi eadē dictio ita ut in nostro legit'. Idcirco ī cōmētariis nostris in Iuuenalem ita dictauimus. Poeta diuitibus respōdet: qui cōquærēti & īdignāti nihil poetis dari: obicere poterāt: quod eos laude cōtētos esse oporteret . Diuitem poetā: qualis fuit Lucanus: fama cōtentū esse posse: inter opes: quum rebus ad uictū necessariis minime indigeat: nihil uero pdesse laudem Serano & Saleio tenui ac pauperi: si præterea nihil habeant. Seranus nomen poetæ téporę Iuuenalis: cuius scripta ad nos nō puenerunt. ut Bassi: Vmbrii: Caluini: multorum præterea quos Martialis nominat. Salei meminit Quītilianus & Cor/ nelius qui quū eū ostendat maximo in honore apud Vespa/ sianū fuisse: hāc quoq; de eodē ait. Securus sit aper & Salei/ us: Bassus: & quisquis alius studiū poeticā & carminū gloriā souet. Brotheus uero ait Salino sarano .i. uitreo cōtentū esse oportere Lucanū in hortis marmoreis. Enī uero Brotheu isto Salino tuo nihil iſulsius est . Qui istā uocē cōpescis ignoratiæ iudicē: stultitiæ testem . Si Lucanus diues est: & in poetæ di/ uitis exemplum affertur: quo modo salino uitreo & tenui de/ bet esse contentus: quasi uero uictum Lucano Iuuenalis illic præscribat: & eius diuitias opibus paternis: quaꝝ etiā Tac/ tus meminit: non potius cōmemoret: ubi apud poetas legisti unq; salinum tenue pro mensa diuitis . Omitto Horatium :

Papinium: & alios apud quos salinum de frugali & paupere
dici legere potuisses: nisi priuincialiū negotiorū quæstus te oc-
cupasset. Quid præterea conueniūt salinum uitreū & horti
marmorei? Operditā audaciā & multoq; annorū i punitate
cōfirmatā. Tu nobis īterpretādi leges scribis. Tu tanta dig-
nitatis tuæ iactura de Martiale nō tādem disputare cœpisti:
in quo mihi crede paq; uidisti: quid te aut tuū ordinē deceat
cuius nisi rationē ducerē maximam: ea audires: quæ a uere/
cūdo inimico uix cōmemorari possent. Sed iam ad eā quoq;
epistolā respōdebo: qua eius uersiculi: siue leuem cursu uicere
quæris Atam: īterpretationē nostrā carpit & obiurgat. Ea est:
Ata puer fuit qui Vipsano cōsule a meridie ad uesperū sep-
tuaginta quīq; millia passuū cucurrit magna omniū admi-
ratioe. Meminit historiæ Pli. omisso pueri nomiē. Si Pli. īquit
nomen omisit quomodo potest augurari Domitius: Atā illū
esse de quo Pli. scribit: Ego ita suspicor: quoniā id ille p mi-
raculo refert: & ait nuper. i. intra hos annos. Hæc autē erant
Martialis tēpora: qui quī uelocissimū nomiare uellet hunc
magnæ admiratiōis accepit: nec miq; si nomē ille suppressit:
hic retulit quod in multis aliis fieri uidemus. Solēt. n. poetæ
studiosissime noīa uel represētare uel p ueris fingere. Atqui
inquit Brotheus nomē ab Ata deductū putat: qui ut Festus
affirmat terram uix summis uestigiis attigit: nec in hoc mé-
titus sum: nō ne ille ita scribit. Atæ qui attigūt magis terrā q
ambulat. Id inquires accidit ppter uitiū crux: nec id me mo-
uet. Ego hoc tātū accipio qd' ait terrā magis attingūt q am-
bulat: quod in altero ppter uitiū: in altero ex uelocitate acci-
dere potest. Ut Solinus ait. Ladā Alexadri cursorē tātæ fu-
isse agilitatis ut harenis pēdentibus nulla ieditia relinqueret
uestigiorū. Ego antiquorū sequor auctoritatē: tu nullius: ego
quæ poetæ sensui cōueniāt: tu quæ absurdā & alienissiā sūt.
Pudet. n. referre quod scribis legēdū esse Atlan: & hāc fuisse
filiā Scinei. Vbi obsecro legisti unq; Atlā. ubi poetarū omniū
hostis & ignare Atalantas duas fuisse alterā Iasi: alterā Sci-
nei filiā. Ex Apollonii īterprete ī propertii cōmētariis recita-
uimus. Atalantā Apollonius in Argonautis. Ouidius: poetæ

omnes græci latiniq; dixerūt. Tu Atlan inculcas? Tu Atlan
audes pferre? Tu Atlā nomias? Sed demus hoc infatiæ tuæ.
uersum quoq; faciamus lōgiusculū: atq; ut uis legamus: siue
leui cursu uincere quæreris atalantam: qui erit poetæ sensus?
Certabat ne Martialis amicus uicere Atalantā: quæ post tot
hominū sœcula uix ex fabula agnoscebatur? Nīmis urgeo: iā
ut puto erubescis. An ubiq; Brotheus uel calūniatur :uel suā
pdit ighoratiā? Illud me quoq; ad risum imprimis puocat:
qd ubi pueriliter gestit: ubi sibi ipsi applaudit. Vbi de curru
uictoriā salutat: in eo potissimum est ridiculus. nec ab igno-
minia ullo presidio uideatur. Id quod stultis accidere aiūt:
qui tū sibi maxie sape uidetur: quū plurimū insaniunt. Idē
nisi de Brotheo omni luce clarius demōstro: me de tota causa
deiectū ludibrio haberī facile patiar. Perlögā epistolā scri-
bit in expositionē nostrā illius loci Sardonyca uerū lychnitéq;
terūctū duasq; similes fluctibus maris gēmas. Deditse Baslā
celiāq; iurabas. Vbi nos ita scripsimus. Lychnite lapides sūt:
a lucernaq; spléodore dicti:qué præsefeiunt. Cōtra Lychnites
dicitur marmur quod lucernaq; lumie sub terra fodiebatur.
Varro autor & Pli. Codex átiquus hēt lychnitéq; terunctum.
Ego autē legendum puto punctum: hoc est nitidum & maxie
spléudentē. Nā λύχνος græce latine dicitur lucerna. Vnde
& lapis ipse lychnites dicit. Lychnus autem siue lucerna quo
magis uncta est eo plus flammæ emittit. Ex ea igitur meta/
phora lychnité punctum.i. splendidū & flāmas lucernæ per/
unctæ emittētē appellat in distichis. Nō norat parcos uncta
lucerna patres. Gēmas.i.smaragdos. Deniq; illud addidi pla/
cet smaragdos intelligas. Quid hic accusas Brotheu: an quod
smaragdos illis uerbis designari suspicatus sī: duasq; similes
fluctibus maris gēmas potius q; saphyrōs: ut tu cēses intelli/
gēdum: cur ambigēdum mihi nō fuit. Nam multæ gēmæ si/
miles fluctibus maris esse possunt. Amethystus:quum mare
purpureum dicat: sapphyrus:quum cerulea sit Smaragdus:
quum uiridis. Nā ceruleum dixi nō tā ut smaragi colorē q;
ut maris significarem. Frequentius.n. mare ceruleum: q; uel
purpureum:uel uiride legiūs:quū autē smaragi a Martiale

sæpiissime iter pretiosos lapillos numerent: sapphyrus nusq; apud eundem poetam legat. Malui de smaragdis q; de sapphyro interpretari: sed hoc non te mouet. Illud accusas q; lynchini scripsisti: pro lynchite. Ego non ita scripsi id quod multis statim ostendi: a Pli. ea accepi uerba. In nullo autem pliniano codice lynchicus est: sed lynchites in omnibus. Qui igitur potui alter referre q; Pli. Ex cuius præscripto ea docebā. Illud tātum explicavi diuersis de causis marmor: & lapillū lynchitē dici: q; quis utrūq; a lynchō. i. lucerna deducatur q; alter flāmas lucernā præferat: alter lucernā lumē ut Varro tradit sub terra fodiebatur: Pli. Ex genere ardētiū lynchites appellata a lucernā accēsa & præcipua gratia. Nascitur circa Orthosiam: tota q; carmania ac uicinis locis sed pbatissima ī indi: quā quidā remissionē carbunculum esse dixerūt: sed ī hoc nō uersatur Brotheus: alibi habet accusationis arcē: ex qua totā causā agit. Alibi est iurgiorum caput: alibi eius furoris sedes: quod eum uersiculū sardonica uerū lynchitē q; punctum ita legerī ut uerū & punctum pro epithetis gēma & exposuerit: sardonyca scilicet uerū: & lynchitē punctū. Hic clamat: multisq; contumeliis uociferatur. Verū & punctū esse ppria nomina a quibus se gēmā accepisse dicebat Mancinus: a uero sardonyce: a terunctō lynchitē. Dicas oro iterpres uerus quis fuit: An Impator: An qui nunq; métiretur: Aut certe tādē expedi si potes quis hic fuerit: Hæres: os cōponis manus demittis. O iepitū hominē. Nōne uides sardonyca frequēti epitheto uerū a Martiale dici: quasi primæ sortis ī suo genere: quū multi reperiātur nō ueri: nec eiusdē præstantiæ. Veros īquit Pli. non omnino sardonycas nasci. Idem de Onyce: unde nomē deduxit sardonyx: Verā autē Onycem plurimas uariasq; cum lācteis zonis habere uenas. Idem poeta alibi: Veros sardonycas sed ipsa tradat: Alibi. Sardonycas uetos mensas quæsiuit in omnes. Non uides inq; per epitheton a Martiale sardonyca uerū appellari: Non audis: q; si uerū sardonyca per epithetō legitur: ne tu quidem aduersaberis quod sequitur: lynchitē q; perunctum. Eodemodo esse accipiēdū: siue aut pūctum: siue terunctū legas: nihil impedio: nā utrūq; uim superlatiuū hēt:

modo ad modū splēdentē ex methaphora ut diximus expo-
nas. Nā lychnites lapillus a lucerna dicit: cuius accēsæ ful-
gorem præfert. Inde quod lucernæ cōuenit: ad lapillū qui
ab ea nomē est sortitus: poeta trāstulit. Quid inquies? Veſtes
punctas dicemus lucidas. Quid nī: si eedem lychnitæ appel-
larētur: Nō.n. punctū nitētem ubiq; simpliciter expono: sed
uel in lychno.i.lucerna uel in nomine ab ea deducto. Hic est
ille locū in quo me tantis cōtumeliis onerasti. Vbi triūphū
tibi finxisti. ubi si deo placet etiā in me deridēdo facetus esse
uoluisti. Nā punctū inquis hūc appellabimus. Mīror quū tā
mihi ifensus sis: tāto odio: spōte tua: nulla quidē culpa mea:
suscepto insecteris. Cur punctū appelles nomine pximo tuo
gētilitio. Nā punctus & posus finitima admodum sunt: atq;
eadē. Immo hoc plane tuū est. Nā Pogius uir eruditissimus:
quū ī te olī elegātissima epistola iueheret: perūctū appella-
uit alia ut puto de cauſa: q̄ ut splēdentē significaret. Episto-
la ī manibus est tuaꝝ uirtutū testis: & æſtiatiōis. Itaq; quod
Pogius tibi honorifice detulit: nimiū liberaliter ad alios re-
mittis. Nā si est honestū: cur te eius pudeat? Si cōtumeliosum
tibi tātum cōuenit. Vel ob nomen getilitiū: qđ paucis litte-
ris īmutatis idem est. Hac septem ī cōmētariis nostris accu-
sat Brotheus: ī quibus satis ut arbitror hominis & prauitatē
refellimus & īdicauimus ignoratiā: in quā mihi credite nūq;
tā turpiter esset lapsus: Si ab officio non discedens: mecū de
his disputasset aliquādo. Vt quottidie solebat: quomprimū
e pūicia rediit: Hectorem.n. Pomilionem suum singulis pene
horis ad me mittebat: cōsolebatq; de rebus nōnunq ī quibus
docendis me eius uicem pudebat: adeo peruulgatae erant: &
pueriles. Nā uel negotiorꝝ occupatiōib; oblitus esse: uel qđ
magis existimō: nunq didicisse aliquid uidebat. Renūtiaui-
mus ei more maiorꝝ amicitiā quod an ipsius culpa an certa
cōſilii mei ratiōe acciderit: aliquādo explicabimus. Nūc aliis
eadē hac epistola respōderē: niſi ad grauiorē illā actionē te-
deundū esset: Vbi toto agmīe nō modo leues Brothei īcurſi-
ones repressimus: sed omnino uictum ac fugiētē caſtris exui-
mus: penetrauimus.n. in cōmentationē illam plinianam ubi

tercentum ex locis irrupimus: quæ sua iperitia penitus con-
cusslerat & pfligauerat. Quo i genere nūc tātū septē pponā:
ut causas agere a nobis dicit: nā iudicioꝝ & fori rationē nō
satis perspectā habere uidet: quū ea aduersatio obiiciat: quæ
& facillime dilui possint & eū grauioribus carminibus reum
agāt: id quod in presenti causa demōstrauimus. Si quē accu-
fare uis Brotheu: qđ a puero adamasti: ea tibi colligēda sunt
crimina quæ nulla trāslatiōe: inficiatione: disputatiōe iuris:
deniqꝫ nullo defensionis genere uel euerti possint: uel debili-
tari: ne odio & nefario tuo i stituto potius q honesto studio in
causam descēdisse uidearis: & non tā potuisse accusare: q uo-
luisse: quod ab omni uiri officio alienissimū est: i te uero etiā
impiū. Audiqꝫ simpliciter nos i te agemus: Pliniū a doctissi-
mis uiris emēdatū: tu i ducētis & septuagīta quīqꝫ locis per-
uertisti. A phœmio orsus: libris de cosmographia itermissis:
quā uix attīgere ausus es. Ad septimū acurristi. Inde ad opis
uiqꝫ exitū: alia ūertēdo: alia demēdo: alia addēdo: pulcherri-
mā historiā deprauasti. Negas te in eo laborasse: at manus
tua in margine codicis Pliniani est: quem libratiis pro exēplo
tradidisti. Hic apud me est & in tuæ ignorantiæ testimoniū:
multis ad me uenientibus s̄epe pfert: Inficiaris: At quadri-
gēti codices: qui ex tuo exēplo manarūt testes sunt. Itaqꝫ aut
quæ c̄misiſti defendas necesse est: aut culpā fatearis: quum
nullus ificiāti locus relīctus sit. In p̄cipio statī phœmii ubi
de Catullo. hæc Pli. Ille. n. ut scis pmutatis prioribus syllabis
duriusculum se fecit: q uolebat existimari a tuis uernaculis &
familis. Ita codices omnes habēt: & legēdū est. Nā quasi Pli.
Catulli exemplo: qui duriusculos uersus fecit: ut alter quoqꝫ[;]
Pli. in epistola scribit: sui operis obscuritatē a familia impe-
ratoria abhorretem: cui exposita & facilia p̄ponenda erāt:
excusare uelit. Illius obiicit & proponit uersus: sed mutatis
numeris nō. n. eo ordie uersum recitat: quo ille scripsit: Hinc
ait. Ille pmutatis prioribus syllabis. Excusabit iquit Catul-
lus duritiē meā: qui & ipse duriusculē scripsit: q a tuis uerna-
culis & familis existimari uellet: quasi dicat & ille dura scri-
psit: & isolata tuis familis & uernaculis ut ego. Tibi nō dixit

ne uideretur aut poscere ut legeretur ab imperatore: aut illius ignoratiā dānare Brotheus uero supercilio cēsorio: quū totū sensum ignoraret ita inuertit: q̄ uolebat existimari: a uernaculis suis: quod aut sequebatur: & famulis deleuit. O stultū hominē: scribebat ne Catullus uernaculis suis: an ciuiū aatribus? Totū Plinii sensum eo errore cōfudisti. Sed hoc & reliquos in phœmio errores omitto: In libris qui de cosmographia sequuntur pauca quādā īmutare ausus es: quæ utinam preteriſſes: ne i tot libris deprauata legeretur. In tertio Prochytā iqt Pli. nō ab Aeneā nutrice: sed qa pfusa ab ænaria erat. Aptū est qd' iētiat Pli. Prochytā dici a βροχήω qd' est profundo. Fuit. n. pfusa & diuulsa ab ænaria: quæ eadē Inanīne & pythecusa dicit: qd' & ipse alibi scribit: & docet Strabo. Nō autē nutrice Aeneā: quæ Prochytā diceret. Huius mēminit Dionysius Halicarnateus: qui ait a Prochytā muliere troiana Prochytā īſulā dici: cui sentētiæ aduersans Pli. occurrit Brotheus ita scripsit. Prochytā nō a Caieta Aeneā nutrīce. Vide hoīs īpitiā qui putauit fieri posse ut a Caieta Prochytæ nomē ducat. Quæ malū hic Caietæ mētio est: aut quæ cum Prochytā litteraꝝ cognatio uel similitudo? Caieta qdē ab Aeneā nutrice Caieta dicta est. nō autem Prochytā. Tametsi illā quoq; Caietā nōnulli auctore Strabōe appellatā putarūt q̄ καιτα curua lacōes dicūt: q̄ illic phormias ī littore curuo cōdiderūt: & paulo post Pli. hæc. Inter Pausilippum & Neapolī: Megaris. Brotheus uero ita īuētit. Inter Puteolanū sinū q̄ & Neapolī. Nimiꝝ Pausillippū nulq̄ terraꝝ esse putauit hō adeo locorū omniū ignarus: ut nec ubi terrarum sit satis adhuc nouerit: quū tamen omnes codices Pausilippum pferant: quod si de Pausilippo adhuc dubitas: lege Pl. in fine noni libri: ubi hæc repies. Pausillippū uilla est cāpaniæ: haud pcul Neapolī. In ea in Cæsaris piscinis a Pollione Vedio cōiectū pīscē ſexagesimū post annum expirasse scribit. Anneus Seneca. Iā tuū errorē uel īuitus agnoscis. Hoc nō est a Domicilio in epigrāmatis interpretatiōe dissentire: quis in eo quoq; turpiter labaris: ac non accuses sed tete accusandum offeras. Plinii uerba perueritis quæ non ītelligis ut quū illic sentētiā

aliquā uel ridiculā proponere possis: hic ignoratiā tātū fate/
ri habeas. Sed iam ad septimū uenio: ubi tuæ deprauatiōis
initiū est: quod eadē temeritate ī totius opis calcē pducitur .
Plinius ubi de homine generando & pariendi tépore scribit:
hæc tradit . Ante septimū mensē haud unq uitalis est septio
nō nisi pridie postero ue plenilunii die: aut iterlunio cōcepti
nascūtur. Trāslatitiū in ægypto est: & octauo gigni. Iāquidē
& in italia tales partus esse uitales. Partus inqt octauo mēse
letalis est. Ita n̄ est itelligēdum: sed tamē in ægypto idifferēs
quod nec in aduersum nec in pspum magis accipiat euentū
q̄ si alio tépore gigneretur . Iam inquit & in italia indifferēs
est tales partus esse uitales . Nā nō habetur miraculī loco si
octauo mense nati uiuūt . Trāslatitium indifferēs significat
quo uerbo Gellius utitur & Tranquillus eo loco . Sed aduer/
sante conitibus suis Marco Antonio cōsule: quem uel preci/
puū adiutorē sperauerat: ac ne publicū quidē & trāslatitiū
ulla in re sibi sine pactione grauissime mercedis īpartiente
ad optimates se cōculit: ubi translatitium pro indifferētem
dixit. Nec me fugit Pædianū ita scribere translatitia ueteres
dixerunt non noua nec nuper inuēta sed aliūde translatata: ut
etiā apud Pliniū pro nouo possis accipe trāslatitiū . q.d.nup
obseruatū. nam pro nouo accipi testatur Pædianus. quis an/
tiquiores aliter accepisse idem affirmet. Hæc quoniam Bro/
theus non legerat: non intelligebat: ita immutauit. Relatum
ī ægypto est & octauo gigni: q̄ qđ a Plinii sēsu alienū sit: ali/
or̄ sit iudiciū. Tu Brotheu codices omnes ita scriptos puertis
magna studiosor̄ iactura: peracerba plinianæ dignitatis ūiu/
ria: grauissimo tuo dedecore & infamia. Eodem uolumē Pli/
corpore uesc̄ esse sed eximiis uiribus . Vescū quid sit Festus
docet. Vescū inquit pro pusillo utebātur quis Lucilius eda/
cem Vescū dixerit. Marcellus. Vescum exiguum īterpretatur
& minutum. Gellius. Ouidius Idem. Brotheus quām Vescū
quid esset nō itelligeret ita inuertit. Corpore neruolos cōstat
esse eximiis uiribus . O temeritatē tu uerbor̄ Solini quām nō
percipis umbram quādā secutus a Plinio recte scripta ī tuæ
ignorantiæ leges ducere audes . Si me audies opam dabis ut

quæ ex tua depravatione sunt edita exēpla omnia uel cōbu-
ratur uel si quis tantū labore ferre possit: emendetur: ne pli-
nianæ uigiliæ sua dignitate per tuū flagitium defraudatæ in
posteros ppagētur. Eqdem uereor: ne si omnia eius deprava-
tionis testimonia ex septio tantū libro nūc sumpero: de reli-
quis silere uidear: qđ bene emēdauerit: quom multo grauius
i sequētibus peccauerit: ubi Plinii historia & magis tecōdita
est: & exquisitoris doctrīæ artibus istructa. Sed ita profecto
res habet: ut initio scripsimus nos hāc epistolā quasi feriātes
& ludētes scribere: nā in altero ope quod paulo post edetur:
tota actione singuli libroꝝ omniū eius errata psecuti sumus.
Id quom nuper Brotheus ex quodā: cui opis particulā ostē-
derā: audiūisset: fuissetq; ab eodē monitus: ut locū undecimi
emēdaret: cuius reprehēsionem i libris nostris forte ipse lege-
rat: statim trepidus ad malas artes cōfugit: & dolū nouumq;
cōmētus est mēdaciū: epistolāq; q̄ primū edidit: qua me in eo
accusat: i quo ipsū nō modo reū habeo: sed dānauī cūctis do-
ctōꝝ hominū luffragiis. Nā in undecīo ubi de apībus Pli. ita
scribit. Tunc ostēta faciūt priuata & publica uua depēdēte
i domibus téplisue s̄aepē expiata magnis euētibus. Brotheus
nō ītelligēs quid sit uua in apībus: ita deprauādo supposuit
una depēdētes: pro uua depēdēte. Hūc autē locū apd̄ luue-
nalē explicauīus eo uersu. Examēq; apiū lōga cōsederit uua:
Culmīne delubri. Vbi hāc auditoribus dictauimus: recitatis
primū Plinii uerbis. Vuā apes facere dicūtur: quom cōnexis
pedibus i racemi speciē depēdēt. Virg. de apībus. Immēsasq;
trahi nubes iāq; arbore summa Cōfluere: & dēlis uua demit-
tere ramis. Columella animaduertito an totū examē i spetiē
unius uua depēdeat. Tu uero Brotheu i margie codicis Pli-
niani qui apud me est una depēdētes scripsisti. Quadrīgenti
codices istis mendis tuis impressi: ita habent. Theodorus uir
doctissīus. Iohānes alleriēsū pr̄sul. alii pr̄terea ēt tui as-
seclæ: hoc sciūt: locū hūc legerūt: dānarūt ignoratiā: & tamē
tu audēs mentiri. Calūniādoq; affirmare: uel te non ita scri-
psisse: uel me pperā audidores eum locum docuisse. Sed ad
septimū redeo. Eodē libro quū de pdigiosis partubus scri-
bere uellet ita exorsus ē. Tergemīos nasci certum ē. Horati-

SIXTUS

or Curatioꝝq; exéplo. Supra iter ostēta adducit̄ præterq; in
ægypto: ubi Fœtifer potu Nilus. Nā illic octo sine ostēto ut
So. inus expressit nascūt̄. Ut uero Pli. demōstraret plures tri-
bus eodē partu nasci ostētu eē: addit. proxime supremis diui
Augusti ānis fausta quædā e plebe. Ostiæ duos mares totidē
fœmias enixa: famē quæ secuta ē: portēdit haud dubie. Atq;
Brotheus q; musas ore suo locuturas fuisse si ore humano lo-
qrēt̄: existimat: nec Pli. aliter scriplisse: q; ipse solet. Vbi Pli.
ait. Supra. hoc ē ultra ternariū numerū iter ostēta adducitur
deprauādo ita scripsit. Sed hoc iter ostēta adducit̄. Non ui-
des tātū abesse ut quæ uult Pli. sētias: ut ēt aduerseris. Nam
qd̄ ille ex historia affirmat. tu pignoratiā negas. Tergemios
īqt̄ nasci nō ē portētū. Nā Horatios Tergemios & Curatios i
historiis legius. Tu uero a Pli. dissētiēs Tergemios quoq; na-
sci affirms esse ostētu. Est ne hoc Pli. codices emēdare: an eū
uocat̄ i ius & ignoratiæ accusat̄ qd̄ ex tua sētētia nō scribat.
Quid: nō ne quū de ratiōe partuū eodē libro preciperet: tu
quasi nouas naturæ leges ex Etruria accitus at uspex pmul-
gares. Ita eius sētētia sustulisti: ut nec qd̄ ille uoluerit: p̄cipi
possit: neq; qd̄ aruspicia tua præscribat: ulla ex parte itelli-
gāus. Ille hæc de dētibus i septio. Quibus i dextra parte géini
supne a cāibus cognōiati fortunæ blādimēta pollicēt̄ sicut i
Agrippia Domiti Nerois matre Cōtra i leua. Quid sibi ue-
lit Pli. satis p̄cipimus: nisi tu hæc deprauaueris. Nā quū i he-
mīe q; sūt iter molares & priores dētes tēdētes i acutū canini
dicat̄. Qui hos īqt̄ Pli. hēnt gemios supnæ i dextra parte for-
tunæ fauor his portēdit̄. Cōtra qui i leua. Idē Solinus ex Pli.
uerbis ut solet: quos cynodōras uocat̄ qbus gemini p̄cedūt a
dextera parte fortunæ blādimēta p̄mittūt. Quibus ab leua
uersa uice. Brotheus hūc locū una uerbi labefactatiō totum
euertit. Nā ita hō rudis emēdauit: qbus i dextra parte genui-
ni supne a canibus cognōiati: ubi uno uulnēr̄ duobus locis
Pli. cōfodit. Nam si in dextra parte genuinos hēntibns fortu-
næ fauor portēdit̄ qs erit qui aliquid nō spet. Nemo. n. ē qui
genuinis careat nisi quibus uel ætate uel casu aliquo decide-
rint: Omnibus præterea tā in dextra q; in leua sūt genuini: ut
isdem ex Brothei sentētia & blandimenta fortunæ & iniuria

portēdat. Ignoratiā: nec genuini a canib⁹ nomē accepunt
ut Br⁹neus Pli. affirmare cogit. De caninis eū loqui uel uno
uerbo Solinus te monere potuit. Nā Cynodotas dixit quasi
κύνος ὁ Αόντασ. i. canis dētes. In his portēti discriimē est. Si
aut i dextra aut i leua gemini fuerit: & tamē tu genuinos du-
obus i locis ut multi apd⁹ me uiderūt i media pagia & i mar-
gīe scripsisti: & qdē grādioribus litteris ne omnio dubiū reli-
queres ignorantiæ tuæ & temeritatis. Sed nescio quo pacto
ppositū tuor⁹ error⁹ nūc nō seruauit. Nā q septē tātū pmi-
ferā nouē recēsui. Nimi⁹ hi duo me i prudēte & i uito ex tā-
ta turba elapsi sūt. Propat̨ i lucē uenire ones. Sūt autē ducē-
ti & septuagīta quīq; ut cito audiātur. Nā icredibili cōfēsu
cōspirarūt ut te tā präclarī autoris Sicariū accusēt & dānēt:
id ut celeriter fiat opā dabo. Opus nostrū iā pene absolutū
est. qdē simulac editū fuerit: circūstabūt irati: & tāq Eumeni-
des ut in fabulis est: faces admouebūt: ac flagitor⁹ tuor⁹ cō-
sciēcia te torquebūt: & cruciabūt. Ego me his patronū profi-
teor. His adero tā piā & iustā causā non desefā: in qua nō tā
doctrīæ aut i genii fructus a me quærēdus est: q officii in ciuē
meū & pietatis: quē p ignoratiā de pristinæ laudis dignitate
deiicere conatus es. Vos uero Heli & Marce Phosphore da-
bitis ueniā si Brothei insolētia me a uobis abduxit: ut quū ad
uos scripserī: in hūc tamē unū: omnē ferme cōtulerī orationē.
In qua: si aliquādo acerbior fui: testor uirtutē ipsā: me id nō
spōte sed necessario ægisse. Nō quidem q illius contumeliæ:
quibus me insolētissime insectatur quottidie: stomachū ali-
quē fecerint: qui uel ipsa iniuriaꝝ diuturnitate in eo iā mihi
penitus conuulsus est: sed quoniam ea quæ uel obiiecit: uel
commisit: eius sunt generis: ut aliter nec refelli posse: nēc
accusa. i debere: uiderentur. Valete.

Domitii Calderini Veronēsis cōmētarii in Iuunalē. cū de-
fensiōe cōmētarioꝝ Martialis & Recrimiatiōe aduersus Bro-
theū Crāmaticū. Ad Iulianum Medicen Florentinum. Editi
Romæ. K. Septēbris. MccccLxxiiii:



